
posteri eius
monopoliū
regi aurū
prædictum:

plus cōser-
fa minera-
lū clauē.

Mochua ex
fabrō:

baculo ex
lum mōs,

baculo ex
lum mōs,

defensatur
Episcopus
Andromen-
ja futuræ,

Dicuh
conversum
indigens
Lagarus

et obli-
sū & &c
corporis
Angelus
heranci.

guirante
Patricij
Angelus
heranci.

E

S. Genesius cū
familia ba-
ptizans

Et eius
Benedictus

A natus Benignus. Et verè sicut vocabulo sic & vitæ & moxibus erat Benignus, dilectus Deo & hominibus, in terra & in celo gloria & honore dignus. Hic sancti Pauli lateri firmiter adhaesit, nec ab illo auctelli villa-
nus potuit: cum enim Sanctus quieti membra datu-
ras lesto se recipi, ille purissimus puer a patre &
matrefugiens ad pedes Sancti se proiecit, ipsiisque ad
peccatum suum suis manibus contritius trebocque de-
oculans ibidem pauavit. In crafsum cum Sanctus
proscincitus ad iter uno pede in landalibus altero in ter-
ra posito, vehiculum ascenderet, puer pedem illius
stricis manibus apprehendit, obsecrare & adiurans ne
se reliqueret. Et cum illius amouere a Sancti vef-
tigij & secum retinere vellet vterque parens, puer cum
magno fletu & ciuatu clamauit, dicens: Recedite, que-
so, recedite; dimittite me, ut pergam cum aucto spiri-
tuale Patre. Sanctus verò in tenello corde & corpori
devotionem tantam intuens, in nomine Domini illum
benedixit, secum illum letari in vehiculum iubens, ip-
sum successorem ministerij sui, sicut & fuit, fore pra-
dictus. Idem namque Benignus in regimine Pontifica-
tus Primatusque rotius Hibernia successus. S. Patricius
virtutibus & miraculis clarus quieuit in Domino.

ad patres
Patrius,ad predictos
suo futuros
successores.Ob ignum
Pachalium
Becorum.teat a logi-
fieri, quod
Graues
ceteros.Legatus
ad Patrium
approbatus
egreditur.

Psal. 19. 8.

auctorios
verar. apf.
furgi.good tam
jent Er-
cina:Elogio-
mum magis
Lectio

B 35 Sanctus Episcopus sacratissimo Sabbatho in
vigilia Pascha, ad locum aptum arque antenun, vo-
cabulo Fartechin, in campo praeominato praëla-
rari solennitatem celebratur diuertit: ubique, iuxta
sancta Ecclesias confuetudinem, de igne benedicto lu-
minaria accedit. Contigit nocte eadē idololatras
quondam subline felatum, quod dicitur Rach, frequen-
tare: quod & ipsi in tenebris incedentes principi te-
nebrarum solebant conferare. Moris erat apud illos,
ut ignis totus circumferat extingueretur, nec reace-
deretur ab aliquo in circumiacenti prouincia, nisi prius
accensus appareret in aula Regia. Rex autem Leogari-
rus in loco dicto Teamhair, tunc temporis principalis
fede totius Hibernie, cum suis auxiliis constitutus, ignem à S. Patricio accensum intuebatur, admirabatur,
indignabatur: & quis tale quid præsumere audebat,
scitabatur. Quidam magus inter ceteros alios, igne-
que conspicuo quasi vaticinando Regi dixit: Nit ha-
nosce ignis ille extinxens erit, accensor eius cum suis
sequacibus in totâ insulâ principibat. Quo auditio.
Rex admans, & adducens secum suorum multitudi-
nem in impetu iræ suæ perrexit ad extingendum ignem. Duxerat enim ter nonies cursus secum: quia fa-
ciliatio nognacit seducens cor eius, peruerserat et tali
numero vbiq' prouincie fibi omnem triumphum:
conuerit etiam facies hominum & iumentorum ad
laudem Patrii secundum traditionem magorum, cre-
dens conatus suum non posse ab illo impediti. Vi-
dens Sanctus multitudinem currum, incepit humu-
rbum: hi in curribus, & hi in equis, nos autem in
nomine Domini Dei nostri iuocavimus. Cum autem
Rex approquivaret ad locum, Magi disfluerunt Re-
gi accedere ad Patrium, ne videbatur præstantia sua
honorable, & reuerente quaii adorare illum. Subsistit
Rex, & malefici monemibus mitemus munios Patri-
cio, præcepit præfariam sui exhibere fibi: interdixit
que suis omnibus, ne quis affligeret aduentum. Pra-
esul peracto diuino officio vocatus adiuit, nullusque ob-
iectum Regis Sancte afflirexit. Quidam autem
Hercus nominis, filius Degha, qui multa de S. Patri-
cio dixit, in conspectu omnium affligerunt illum ho-
norificè tusepserunt. Sanctus Paulus ipsum benedixit, vi-
tamque ipsi æternam promisit: ipse autem in Deum
credens Baptismi gratiam percepit, & vitam virtutibus
& signis inelytrum ducens, postmodum Episcopus ei-
ficiens, in ciuitate Slana ad cœlestia migravit.

B 36 Exiit quidam magus Regi acceptus arque a-
mictissimum, nominatus in illo loco Loehu, loquens
nafria aduersus Dominum & Christum eius: artibus
namque dementatus demoniacis, Deum si esse affe-

rit, euilique præstigijs populus perficitus, pernicioſa
doctrinæ perticaciet adhaerens, ipsiū quasi nūmen AVOTORI
aliqd co-luit. Blasphemabat iugiter viam Domini, &
ab idolatria recedere volentes fatigebat subvertere
vel auertere à fide Iesu Christi. Eodem penè modo ad-
uerterebat S. Patricio, quo Simon magus reficiebat legi-
gitur Apostolo Petro. Quidam enim vice, cum a prin-
cipibus tenebatur ac potestatibus aereis, huiusmodi
de terra a in aera eleuaretur, & Rex populisque in-
tuenterit illum quasi eunte in celum. S. Patricius hoc
videns in huc modum recte precepit fidelis ad Dominum
nū Domine Deus omnipotens, tolle magum istu blas-
phemum lanū nominis tui de medio, ne in te creden-
tibus vel creditibus vterius sit impedimentum. Nee
moraz sublimi & innati ad terram demissi cum globo
niuis, ante pedes viri Dei corruit, capiteque ad fulgrem
elio, diruptus & contractus exspiravit, spirituque in
inferno sepelendum tradidit.

B 37 Rex autem super magi morte multum móle-
status, ira totus incanduit, & cum suorum populoso-
catu in S. Patricij necem confixit. S. Patricius
videns impunitum illorum, clara voce plallendo, illum
vericulatu inchoauit de palatio: Exurgat Deus, &
dissipentur iniicii eius, & fugiant qui oderunt eum à E-
facie eius. Dominus autem adiutor & protector suorum
in salutem, suscitauit ab hac multitudine Patricium
in omni domo suā famulorum fidelem sic. Excitatis enim
terribili terra motu, & horribili tonitu, iusta et-
lam fulminis coruantes quoddam peremti, alios in
terram prostravit, reliquos in fugam conuertit Do-
minus. Sic iuxta Propheticum eloquium: Emifi
Dominus lagitas suas, & dissipauit eos, fulgura multa
tiplicauit, & concurvauit eos. Misit enim inter eos le-
cundum Ilias præfagium, spūtum vertiginis, & con-
uertere fecit idololatras illos contra scipios, velut Æ-
gyptios contra Ægyptios. Vnusquisque enim in alterum iruit, & vir in fratrem suum arma conuertit: cur-
rit & ascensores corum deicti sunt per planitiem, &
precipiati: quadraginta nouem viri profratis, vix
ceteri existerunt remanserunt. Rex autem ab increpatione
Domini, & ab inspiratione spiritus iræ eius tremefac-
etus, fugiendo latitabat tandem cum quatuor viris in
quodam & conciliu, ut se abscondeat à facie furoris
Domini. Regina verò pro Regis reconciliante roga-
tura, reuerente acclavi genibus flexis ante S. Patri-
ciū, spondens iponum luum ad ipsum venerunt &
Deum iuum adoratum. Sanctus annuit, & oratus
ad Dominum, & exsultauit clades, & rediit ferenum. F
Rex iuxta conditum, sed tamen duplice corde, ad
Sanctum accessit, genu flexit, finxit le adorare, in
quem non erudit. Labiisetiam iniquis & corde do-
loso Praefulem precabatur, ut in crafsum domum
suum visitare dignaretur, sive illius montis & pre-
ceptis parvum pollicebatur. Vir verò Dei, licet Do-
mino reuelante non ignoraret iniquitatem, quam pe-
nitens meditabatur in cubili cordis sui, confidenter ta-
men habitans in adiutorio Altissimi, exequientius pe-
titio.

B 38 Rex valefacienti Episcopo reuertebatur ad pro-
pria, varijsq' in locis, per quæ transiit erat Patri-
cius, polute infidis, vt aduentum priuaretur. Et
quidem plures annos interfluabant, qui in diuersis va-
cis transiit adiutori poterant, quorum fecus quadrilibet va-
diuum abscondit nonem curru cum funebi fatelliti-
bus, ut si ab aliquo euaderet in aliunu incideret, sive
nullo modo pertransiret indemissus. In crafsum autem
Patricius cum octo viris tuncum, & pueru Beni-
gno superius memorat, recto itinere Themariam id,
est, Teamhair vbi Rex tunc iubabatur, tendens
transiit per sordium vitæ eius infidianum oculique
eorum tenebantur ne videbarent vel agnoscerent illum, in locis
Ipoforum enim obtutus apparuerunt octo certi, cum
eius vno bimulo faciens in montibus, transiit
colles,

A colles, aquas transfluentes: siveque Sanctus cum suis
comitibus Deo protecor re eauit tibi mortem machi-
nantes. Ipse vero ad regiam peruenit urbem, Regem
que cum suis etenam iuuenit. Ingrex Pontifici
domum Regis nullus conuiuantum affluerexit, excep-
to quadam Poeta Regis, nomine Dubthac id est,
Dubrach mac Valubair, qui furgens Sanctum deuotè
salutauit, sive fieri Christianum ab eo peti & im-
petravit. Creditur Dubthac dicubumentum primus
in Domino, & reputatum est ei ad iustitiam: bapeiza-
tus namque & in fide Christi confirmatus, carmina,
que quondam studio florente peregit in laudem fal-
lorum decorum, iam in vitem meliorem mentem mutan-
tis & linguis, poëmatam clariora composuit in lau-
dem omnipotentis Dei, & Sanctorum eius praæconum.

39. Res Leogarius sepe nominatus, nequitus &
fraudulentia felle fermentatus, qualiter Sanctus euaf-
ficer infidias agnoscens & admirans, ad alia commen-
ta fe conuertit, & quem fortium ferro ferire non va-
luit, veneno intoxicate voluit. Calicem enim suum per
manum maleficis, cui nomen Lugach-Mael, affidenti
Patricio ad potandum porrexit: in quem idem farellus
Sathanus a scensu Regis vino venenum immiscens,
Patricio propinavit. Vir vero Domini calicem acci-
piens, & nomen Domini inuocans, illum inclinavit,
& quidquid in potu pessimum polutum fuit, in vo-
lam propeiam abique reliqui liquoris admixtione re-
fudit: impulso denique Crucis signaculo residuum
benedixit; & ad magi venefici confutacionem & omnium
affidentium admirationem ex eo bibens, nullam la-
isionem aut molestatam penitus sensit. Rubore ergo
perfusus imò confutus magus magis doliuit, & ne vi-
etus videtur, ad facienda signa de celo Patricium
provocauit. Sancto respondente Episcopo, se nelle
quidquam diuinæ voluntati aduersum attentare, ma-
gus maleficus suis fines illos & confinia frigidissimâ
respersit niue, & incolas afflxit frigore. Instabat San-
ctus Antistes admonens & angarians, ut magus amo-
ueret à terra niuem & frigus ab hominibus. Ille com-
pulsus conficebat publice, se nullatenus id acitare
posse vique in crastinum suis artibus. Ex ore ergo
tuo, inquit Sanctus, te iudico homo nequam, &
conuincere artificem mali, ministrum diaboli esse, qui
malum tantummodo potest inferre, bonum vero nulli
conferre. Eleutar deinde manu lacrata Sacerdos fan-
tulimus, campum & circumiacentia loca candalitia
niue, in nomine sanctæ Trinitatis benedixit; totaque
nix, vptot phantastica, que nec liquefere confuso
mote videbatur, confessim euanuit. Admirabantur vi-
niuersi, confitentes & clamantes in Patricio manum
Domini, detraheantque delusionis opera magi.

C 40. Malefici videns vilesceste, & vilipendi vires
artis suis, loca, que prius niue dealbauit, iterum incan-
tionibz suis palpabili tenebrarum densitate indu-
cta, caderem obexit. Timor & tremor venerunt super
homines, illos; quos texerunt tenebrae; vel tunc saltæ
experti, in quantum à meræ & veræ fidei caligabante
claritate. Nec mirandum si alieni ab agnitione veræ
lucis, que illuminat omnem hominem venientem in
lumen mundum, magicis tenebris potuerunt oboluui,
qui corde cæco credendo adhaererunt tenebrarum
principi. Conuenit iterato modo Patricius maleficum
super expulsione caliginis, fecit autem super amotione
niuis: sed replicauit ille asperendo eadem quæ prius.
Estudit ergo orationem deuotam filius lucis ad can-
dorem lucis aeternæ, solēm iustitiae statimque exoriente
ac radiante materiali sole, effugaz sunt tenebrae. Po-
pulus ergo gentium illarum, qui te' bar in tenebris,
iam videns lumen magnum, acclamando gratiarum
actiones summe luci ac laudum præconia perpon-
tab; Patriciusque præconem perennis lucis magnifi-
cabit. Magus autem sepe dictus Lugach Mael nomi-
ne, lucis malignus eliminator, magis diligens tene-

bras quam lucem, in artificijs tenebrarum tenebre-
scens, obstinatè in malitia fuā peruerterebat, & adhuc
contentiosus agens, sua dogmata prava atque perver-
sa præminere atque præualetere Patricij doctrina af-
firmabat.

41. At Rex verebatur opera magi sic esse subver-
fa: vnde quamdam ipsius examinationem experientam
proponens, dixi vtrique: Libri velli mercantur in a-
qua, & quorum deleta vel obliterata fuerit ictiputra,
prædicationis eius despiciatur doctrina: in codicibus
vero cuius nulla apparetur obliteratio, eius deuote
sufficiatur ac firmetur prædicatio. Annuit sententia
Regis Patricius, fed contradicebat magus: affirmabat
enim Patricium elementum: aqua pro Deo colere, ed
quod credentes baptizafet aqua in nomine Domini. *se operat*

Res iterum examinationis modum mutans, indicauit
vtriusque codicis mittendos in igne, & cuius libri per-
manifili illæ, ipsius ab omnibus acquiecedendum
esse doctrina. Sanctus autem huc definitiæ: tenta-
tio ac conditionis assentum prebuit: sed magus diffi-
ciles de se penitus non aequeuerit: dicebat enim Patri-
cium nunc aquam, nunc ignem versâ vice colere, &
idcirco vtrumque elementum sibi proprium habere.
Respondit Patricius se nullum elementum adorare, sed
omnium elementorum conditorem colere. Cum ergo
in congregata concione contentio cresceret, claudi-
cante populo in vtramlibet partem, Dominio inspirante,
ad discernendam lucem veræ fidei à tenebris idolo-
latris; veritatem lanæ doctrina à vanitate magice le-
uitatis, nouum genus per ignem excoquatur & exqui-
ritus probations. Omnia ergo communis confilio,
consentiente etiam vtrique, videcicer, Patricio arte
malefico, dominus nouo nouo confutatur modo, cuius
una medietas ex viridi robore, altera ex arida materia
ac etiopsa adficatur: duos itaque vincit manibus &
pedibus ex oppido positos, Benignum, felicit, præ-
fatum puerum Patricij veste magi indutum in parte
domus arida: magumque in viridi indutum calu-
s. Patricij flauerunt: igne appropio domum incende-
runt. Res mira & valde inuitata. Ignis infusgens la-
uiendo magum cum parte domus viridi, in qua stetit,
vique ad cineres combusit: & in calu s. Patricij,
quæ amicabatur, nullum adiunctione vel corruptionis
vestigium apparuit: puerum vero benedictum Beni-
gnus stante & contra cum parte arida domus, ignis
omino non terigit, nec quidquam maleficio inuidit;
sed vestem magi, qui induebatur, confundendo in fa-
uillam redigit. Ecce in hoc signo insigni in igne pa-
trato duplicito modo miraculæ iterantur, que canon-
icis codicibus inscripta leguntur, sicut quondam in tri-
bus pueris camino Chaldaico inieciæs, ignis vim suam
ad illorum comburendam vinecula, ipsius stilis exercuit; F
sic magum cum parte domus viridi calu Patricij illa-
sæs veltémque malefici, puero cum cariosâ parte do-
minus inacto, incineravit.

42. Induratorem est cor Regis Leogarij, sicut quon-
dam Pharaonis coram Moyle erga mandata Domini:
Non enim, tot liceat signis exhibitis, timus exacerbare
Deum excellum, & exasperare seruum eius Patricium. *Rex obli-
bitus ad capi-
tum*
Neronem namque novum & fù librum, fed non alterum
repræsentans scipium, ob vescendam mortem
maleficis ex suis plures parauit in Patricij jugulum. *Pro. 29.*
Et quia, secundum Scripturæ Sacrae testimoniū, Rex
iniquis omnes ministros habet impios, de satellitiis
ipsius se pluriom præbuerunt ad tale sacrilegium per-
petrandam acclives, spontaneos, & expeditos. Sed
Deus Omnipotens suorum protector potentissimus,
ac propagator, armavit zelum creaturae contra infen-
atos idololatrias illos: aperta est enim terra Domino
vincidente, & deglutiuit eos aliquo quam plures de
populo Temach illis consentientes: dilataque in-
ternus, sicut scriptum est, Os suum, & abiortuit cos
velut viuentes. Reliqui vero horum superstites, ac ou-
*terra ab
fusis*
nes

*figet aru-
menum ab
baenam pro
ponere, rati-
onibus bi-
but:*

*procuratur
ad signa
certandum
à mago:*

natus

& tenebris

*involutas
discutit;*

Anes terræ illius habitatores hec videntes vel agnoscentes, timore horribili perterriti obstupuerunt, & ne poenam pari plecterentur, credentes in Christum ad Baptismum conuolarunt.

43 Tremebundus autem Rex prouolutus pedibus S. Patricij veniam postulauit, scilicet in posterum preceptis illius in cunctis obtemperaturum promisit. Plus igitur Pater, quod in se commisit, clementer illi indulxit: & licet diu de fide Domini Iesu Iunum instruxisset, ad subeundum salutare lauacrum inducere non potuit. Sanctus autem dimisit illum sibi, ut liberus vens arbitrio, iret in adiumentibus cordis sui, ne videatur ab ipso ad fidem compelli; tamen de illo & posteris eius, intus Spiritu reuelante, quod agnouit, ipsi parlum praedixit. Quia, inquit, doctrinæ meæ semper restituti, meque supra modum affligerem non cœlasti, insuper & in omnium Creatorem credere contempsti, filius quadam mortis es, & cum ceteris, imò præ cunctis tuis participibus, penitus perpetuis in presenti perire iuste deberes; sed quoniam humiliiter ad me veniens, veniam petisti, & infar Regis Achab, coram Deo meo te humiliasti, non induces tibi Dominus malum statim, quod promerenti. Verumtamen nullas de semine tuo post te in folium tuum surget; sed fratri tuo minori in Æcum meum credituro, & leminis ciuiis in generationes feculorum fertur. Regina verò in Christum creditit, & à S. Patricio baptizata, & benedicta, sancto fine in Domino requieuit. Patricius verò profectus praedicabat cum suis per vniuersitatem regionem, credentes baptizatae in nomine sanctæ Trinitatis, Deo cooperante & sermonem confirmante lequentibus signis.

B Non tantu nobis hæc locis est, ut propter eam credere cogamus, Hiberni libres lateritia, fuisse ante Patricium, cum facile fuerit arca magica instrumentum, in indicione, populata enim ex qua Patricius verum frexilis libro missus, etiam libri nomine ab ignari posse adsignari.

C A P V T VI.

Athrumie principia: Corbrei pertinacia:
Conalli & filiarum Leogarij conuersio.

44 Rant tres forores S. Patricio memorables in sanctitate & iustitia, Domino placentes harum fuerunt nomina, Lupita, Tygridia, & Darterba. Tygridia feliciter secunditate dicta fructus optimus protulit, quia septendecim filios & quinque filias edidit; & omnes mares magni meriti. Pontifices sanctissimi, Sacerdotes optimi, & Monachi fuerunt: feminæ vero & fanstionales effectæ, in magnâ sanctitate dies confundimurunt. Episcoporum nomina, Brochadius, Brochanus, Mogenoc hūs & Lumanus fuerunt; qui

C cum S. Patricio avunculo suo de Britanniis in Hiberniam venientes, & in agro Dominicó strenuè collaborantes, mesme multam ad horrea celestia transfringenda colegerunt. Darterba verò fororum vleima, mater erat Episcoporum factorum, Mel, Rioch & Munis; quorum pater dicebatur Conis. Hi similes in prædicatione & itinere B. Patricium comitabantur, & in locis diversis Pontificalem dignitatem fortibantur. Verè generatio istarum apparet benedicta, iuxta sacri ferient eloquij, & hereditas sanctæ nepotes S. Patricii.

45 S. Patricius de partibus Vlildiæ nauigio transiit, in Mediæ tribus ad osium Boyn applicuit inter barbaros & idololatras; nauem verò suam cum armamentis eius S. Lumanus nepoti suo custodiendam commisit. In iunxit enim illi, vt faltem quadrangulum diebus in illis partibus commorando, Itam obedientiam sustinuerit, dum ipse ad veteriora interius regionis loca ad prædicandum pergeret. Lumanus vero lucis manens nuntius, spe martyrij obtinendi facilius obediens, in iunctum sibi dierum spatiuim ibidem demoratus du-

plicabat quod nullus sociorum eius facere, capiti suo Dintens, audebat. Ipse verò filius obedientie non est AVCTOR frustatorum à fructu mercedis sua in hac parte: dum enim fenen obediens suscipiens, patiencia fructum in se protulit, diuinum verbi lemne secundare terras alienas ad proferendos fideli flores, fructuque iustitiae producere promeruit: & quanto deuotius obediebat patri spirituali, tanto mirabilius elementa obtemperabat ei. Explesis namque duobus dieribus quadranguli, cum fatigatus esset diutinam expectatione super redditu S. Patricij, quādam die subbris ventorum vehementius ex oppolito spirantibus garnientia nauis explicitit, & feruens fide bidentique de S. Patricij meritis, ipsius auctoritate naui, quatenus se transuerteret ad locum sibi congruum, præcepit. O tigrum haec tenuis inauditus & incomptum! nauis nemine gubernante contra flumen & ventum ad votum viri Dei velificavit, & ab orbe Boyni fluminis vique ad Athrym cursu prospero illum transuerxit. Ipse verò naues ob merita S. Patricij vexit adversus auras flatum ab quo remigo in flumine contrario, qui quondam fluente Jordani conuentus retrorum in aliui proprii fontem retroit cursu retrogradò.

46 Appulus S. Lumanus secus oppidum Athrym sup̄ iūs nominatum, prius sūmū ciudēm opematis ibidem dominantis, vocabulo Forkernum, ad fedum recitat Euangelium venientem dicende marrem eius Britoniæ natione: ad ultimum patrem ipsius Fethlemium nomine, ad Christum conuerit; & in fonte, quem in oculis corum de terra prodixit suis precibus, illos & alios maleos baptizauit. His itaque gestis sanctus Sacerdos vigesimo quinto anno ante foundationem Ardmacchib idem extrixit ecclesiam; cui dorando ditandæque Fethlemius, fidelis famulus Christi effectus, Ath-truim & Midiam cum prædijs multis, & pertinentijs suis solenni donatione contulit: ipse verò trans annem feedendis manionem sibi ac suis fecit, dieisque suis in bonum consummavit. Lumanus in ecclesiâ præfata Pontificis factus, Forkernum neophytiū iūs litteris inbuendum tradiit, & in brevi sufficienter litteratum ad Sacerdotium promovit. Approximante die sūi exitus de corpore, cum Forkerno præfatus est ad fratrem suum Brocadium, præcepitque Forkerno in virtute obedientie, ut ecclesiâ, cui præzera, regimen suscipiat post ipsius deceplum. Ipse verò reculante, & allegante non esse ratione seu iustitia contentaneum, vt in ecclesiâ vel allodium patris sui regim̄ suscipiat animarum, ne videatur hereditate possidere Domini sanctuarium, iterato patre & patro præcepto perficitur illum. Quid plura? bene dicere noluit illum, donec huic oneri præberet assentum. Sancto denique Lumanu ex hac luce ad luciferâ patris perpetua mansiōnem migrante Forkernus Ecclesiæ præscripte iniunctum sibi curam suscipiens, tribus tantummodo diebus illi præfuit, ac deinde cūdām peregrino genere Britanno, Cathladio nomine, regimen illum commisit. Si præcepit vir Dei Patris sui præceptum adimpluit, & ne ceteris dare exemplum vendicandi ius alieno in ecclesiâ vel hereditate parentum, omnimodo vitare curauit. Huius tamen Ecclesiæ cuncta prædia, de alieno Principium, à S. Lumanu & Patricio euileque successoribus fuit collata, & ad ius Admachanæ spectant Ecclesiæ in perpetuum possidenda.

47 Erant Regi Leogario filio Neyll duo fratres, quorum prior natus vocabatur Coybre crudelitate & incredulitate familiis illi, si tamen in regione illâ inuenitus est familiis illi, qui contemneret & condemnaret legem Excelsi: alter adolefcens dicebatur Connallus, nihil amplius contrahens de generatione suâ, quam pofciis de pelago vel rofa de spinâ. Ad præfatum autem Coybre conuentum, qui tunc manebat in loco agonis regalis, vocabulo Taileam, profectus

Aetus Patricius, predicauit veritatem fidei Catholice, tentans si quo modo posset de lapide illo fulcitate filium Abrahæ: ipse vero cordis adamantini ad credendum effectus, predicanti fibi salutem machinabatur mortem: in medio etiam fluui proximi flagellauit famulos S. Patricij. Sciens vero S. Patricius hominem in errore suo obliniatum & à Deo reprobatum, vocitans inimicum Dic, prophetavit dixit ad illum: Quoniam iugum Christi caelestis Regis, cui teruire regnare est, gestare recusat, nullus e de posteris stirpis tuae obtemperabit thronum regni, sed perpetua feruiture subiugabit temini iuniorum germani tui Conalli. Hoc autem erit tibi signum, quod implebit Dominus verbum, quod locutus est per os meum. Fluuius vicin us mansioni tuæ in quo tam crudeliter occidisti famulos meos, qui præ abundanti pœnitentiâ pascere te tuoque confuerit, ab hodiernâ die visque in arium pœlum non procreabit. Verbum ergo viri Dei fixum stetit, quia tota posteritas eius femini Conalli fratris sui, septerum regni obtinenter feruuit, & fluuius ille Seylè vocatus, visque in præsens pœce curauit.

B Relinquens S. Patricius filios iræ & tenebra-
rum in exitate cordis & profundo sui erroris, diver-
tit ad Connallum suprà memoriam, futurum filium
veritatis. Ipse vero S. Patricium sicut Angelum pacis
& lucis latitudinis & laudans suscepit, eiusque salutifera prædicationi aures audiendi aperiens, creditus, & per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti Christi incorporati meruit. Quo in facto euidenter edoceatur, figurum caelestem ex viâ matræ que-
dam valâ fecundum velle suum, posse formare in iram & contumeliam; quadam in honorem & gratiam. Confortatus Connallus confirmatusque in Catholicâ veritate totam misericordem cum fundo ipsius & prædio S. Patricio obirebat, & ut inibi ad dilatandam Christianitatem ciuitatem fibi iisque confruenteret, crebris pre-
cibus & efflagitiis: ipse vero afferuit fece vel aliud habita-
culum fibi edificare in confinio ciuitatis. Sanctus
Præf. neophyti sui tanq[ue] caritati congratulans, ne ip-
sius preces impetu videatur, ciuitatem, quæ nunc dicitur
Dominach Padraig, id est, ciuitas Patricij, edificauit;
& habitaculum Connal, quo nunc dicitur Ra-
thyntair, tractu baculi sui designauit. Sanctus illum
deinde benedixit in nomine Domini & inter cetera
quæ ei venerata erant, ore præfago prædixit: Faustum
& felix erit habitaculum istud, multique feliciter in eâ
morabuntur, nec in eo aliquius hominis, nisi vnius
tantum, sanguis effundetur: benedicens benedicet ti-
bi Dominus, & firmabit tibi solium tuum, multipli-
cabit imperium, feminenque fratrū tuorum seruient fe-
minī tuo in seculum. Omnia ista, quæ Sanctus protulit
ore propheticō, non sunt frustrata ab euentu & ef-
fectu suo.

C Sedit cordi S. Patricij Connactiam regionem
visitare; & præcipue, propter oraculum fibi quondam
in somnis factum, quo iniuraretur ab infantilis vteris
matrum illius regionis inclusus, patriotis illis regnum
Dei optabat euangelizare. Propulit postea circuere
totam insulam, & perambulare eam, ut ad Christum
conuerteret eam. Sanctus ad iter procerus, Connal-
lum carissimum suum benedictione munivit, & in sui
memoriam in ciuitate præscripta, quasi quoddam pi-
gnus sanctitatis fuit, altare suum lapideum, ad salutem
languentibus conferendam, signorum effectuum reli-
qui: cumque iter arriperet altare illud lequeuit illum
egrediebatur, nec aliquius hominis oculis perceptibile
fuit a quo portabatur: sed (vt reor) eius potentia &
virtute, lapis ille post S. Patricium portabatur in viâ,
eius nutu de Iudea in Chaldazam transiit est Ha-
baceus Propheta. Ut enim lapis illle angularis, Iesus
Christus cunctis ostenderet Patricij sanctitatem, abs-
que humana manu ferri fecit illum sanctum lapidem.
Reipiciens Antistes sanctus altare modo tam miracu-

loso post se gestari, exultebat in Domino, reverens D[omi]n[u]m que collocauit illud in loco idoneo. Ab illo ergo die visque in præsens fixum perfisit, sed miraculis coruscare non desistit, ac si virtus Patricij mansuet in eo, aut manafit ex eo.

R Rex Leogarius dæmonum deditus culturæ, cum plurimâ parte populi placere fibi fatigante, adorabat quoddam idolum ex auro & argento magnifice gaudia statu cooptum; & in campo, cui nomen Maglechit erat erexit: nominabatur enim Keancroith, id est, caput omnium deorum, eò quid responta dare putabatur a populo stolido & insipienti, qui colebat illud. Circumsternerunt etiam idem simulacrum duodecim deiculi areæ, quasi subiecti eidem & acclives. Digestis se S. Patricius ad locum illum, ut subuerteret simulacrum illud, & prædicatione sancta eius cultores ad Creato-
ris culturam conuerteret. Sed cum praedicando seu figura faciendo parum proficeret, nec idololateras reuocaret a radicatu in illorum peccatoribus dementia, ad orationis confusa confugit arma. Cum ergo de vicino colle conficiens idolum, ob illius eversionem puras manus in oratione protenderet ad Dominum, & contra illud minando levias Iesu baculum; subiit Dei virtute corruit in latu simulacrum, deflexitque ab eo to-
tum aurum & argentum, penitus commutatum & in pulu-
rem redactum. Videbatur etiam in duro lapide baculi velut effigiar vestigium, licet non terigit illum, acsi molli cerâ vel butyro fuisset impressum. Cun-
ctos etiam circum crescitos deiculos visque ad collum abforbuit terra, eorumque capita extant adhuc ex humo prominentia. Sic sic quod non valuit via humana, efficerat potentia diuina. Plures videntes quod acci-
derat in Deum viuum & verum crediderunt, & con-
sequenter baptezati, secundum Apostolum Christum induerunt. In illo loco fontem optimum S. Patricius de terra prece produxit, in quo plures potuimus
baptizatum.

S Sanctus simulacris subversis viam, quod pro-
poluerat, carpiebat, famaque sanctitatis eius præuo-
lans præsentiam eius premiturabat. Cum autem ap-
propinquaret Connactia fratribus, duo magi filii Neyll
in illis locis degentes, quorum virus vocabatur Mac, alter Caphlaït, audierunt aduentum eius. Erant ambo
domino dæmoniorum mancepaci, non minus maleficiorum exercitij quam naturæ generationis gemine
germani: hi maleficij suis denissimi tenebris toram
regionem oboluerant continuatis per triduum, quibus se post Patricio in fines illos intereludere autu-
mabant ingressum. Filius autem lucis, in cuius corde E
individuus lucifer fugiter lucebat, dum cor, manus &
linguis orando extolleret in cælum, ac facies icinij
maceraret innocentissimum corpus suum, magicis te-
nebris per regionem illam sparsum, foliis emergentibus
lucis radix, induxit extermiuum: ipse liberum in
Connactiam natu' introitum & transitum, omni ni-
fi aperte fatigebat indignis veritatis hostibus fidei o-
ficiis.

S Fuereunt sapientia memorato Leogario Regi
duo filii, velut de rostro exortæ rosa, Ethne Rufa &
Fidella Alba vocata, & a præfatis magis nutritæ &
educauit: que cum die quadam manæ, orto iam sole,
venissent laudans gratia ad quendam fontem perti-
cum, repererunt super eiulden fontis marginem, cum
alijs sanctis. Sacerdotibus & viris actu ac habitu reli-
giofis, fedente Patricium. Intuentes autem singulorum
vultum & habitum admiratione summa pæcile-
bant, de genere & loco mansionis eorum diligenter
sciebant, phantasmatu eos esse opinabantur. S. Pa-
tricius admonuit illas potius in Deum suum credere,
quam de loco habitationis illorum & genere solicite
inquirere. Puella vero de Deo certiora cupientes in-
stantibus de illius potentia, diuisis & gloriæ perife-
bant inquirentes. Sanctus vero docebat eas de fide Ca-
tholica,

et in
misi
bus
dici
cius
eius

Co-
muni
nali
re reli-
quia;

A tholica, affirmans veris assertio[n]ibus Deum celi & terrae, maris & omnium que in eis sunt esse plasmato[re]m & rectorem & habere filium sibi coeternum, coetuum, & consubstantialem, ubique regnatum, omnia regente, omnia possidentem: promisit etiam eis pro terteno regno & transitorio caeleste & aeternum regnum communitandum, afferens ipsas, si tuis acquirevissent monitis suis consilios, cum Rege caelesti contrataras castum & indissolubile coniugium.

*in celo
fieri am-
pissimo accor-
sus,*

53 Cumque multa in hunc modum diuina doctrina verbis perfusilibus praedicaret Pastor egregius, pueri in Christum crediderunt, & ab ipso in eodem fonte baptizate sunt. Christiane igitur effectae rogaruerunt S. Patricium secundum promissum suum, sibi faciem Christi sponsi eorum ostendere. Ad quas Sanctus, oportet vos prius carnem & sanguinem Sponsi vestri ore cordis & corporis deuotè sumere, ut tam vitali viatico vegetar, morte degustar, de hoc mundo immundo ad eius thalamum stellitum posseis transire. Virgines vero verbo viri Dei fidem accommodantes, sacram Eucharistiam deuotè postulauerunt, & acceperunt: statimque obdormientes in Domino, ex mundis corporum habitaculis egredi, ad caelestis

*ad Chrysostomum
feliciter morte
transiit,*

B Sponsi nuptias peruenerunt. Accurrentes autem amici, & cognati eorum planixerunt illas iuxta consuetudinem patris per triduum: sicque condiderunt illas feras exuicias in ventre matris omnium. Illo in loco extorta est ecclesia, quam sibi collatam possidet Sedes Ardachana: duo vero prassominti magi, qui illas nurierant, super illarum morte molestati, lanctum virginis verbis validi alperis & amaris aggressi sunt: sed Patricio Davidicam citharam tangent & euangelizante illis regnum Dei, conuersi ad fidem in Christo baptizati sunt d.

a Hec tamen secunditas ab aliis scriptoribus sacerdos eius Dareretur tristitiae.

b Non fidem, sed famam in Mrida.

c Ex quo vito Thosatii 11, Iouis Carbrei reponit, qui annis undecim regno[n]e dicitur: quare dico[rum] ejus, Iovani Patricij vita, quem mox sebat, accepta simile.

d Adam Vna 19: Deum S. Patricius superdictas Regis filias de morte sollicitavit, que gratias Deo & S. Patricio ageret, elegerunt iterum mori magis & ad mortis vite exterme trahisse, quam in vita arsumos & calamitosus pleni permamente, & sic ultimus illarum dies completos essent. Feceruntque eiis hostiae rotundam, ut prosequuntur Probus, tuta fons Cletus in similitudinem petrae incisa: quae fons conseruata est a S. Patricio cum fanfarum Virginum offibus, & celebrata est carum memoria ab eodem Saucto viro & ab heredibus eius Episcopis post le in secula: nam ecclesiam Virginiam costruxit in eodem loco.

C A P V T VII.

S. Patricij inter Conactios miracula. Vito- tonij conuersio.

54 Post hoc magnum & solenne solenni in loco à Comprincipibus in unum congregatis, celebribatur concilium, cui intererant septem filii Amblaydi viri generi, dignitate, diutinae ac potentia preclarisi, cum copiosa cetera suorum fecum astantium. Sanctus autem, vt in multitudine multos Christo cruciferet, se in medium ceteros contulit, & ad felicionem & hiesionem idolatriæ, armis spiritualia potenter Dei atripiuit. Cumque inclitus praedicator euangelas gladium spiritus in diemnon perniciem & hominum salutem, quidam magus Rochait nomine, surgens in medio, omni annisu combatabat Patricium tollere de medio: sed ne scelerari hominis conatus in sceleratione prouumperit actum, omnipotens manus, misso deluper igne, consumpliit gehenna filium fulminatum in conspectu omnium. Vito ergo tanto, tamque mirifico miraculo & terriblico, septem filii

Amhlaidi cum duodecim millibus hominum in Christum credentes baptizati sunt, & in fide Catholica, quam suopererunt, fideliter firmiterque permanerunt. Dux etiam filii cuiusdam nobilis Gleannar nomine, que materna alio incolle S. Patricium inuocasse dicebantur, cum ceteris conuerit ad Christum, in ipso baptizabantur. Ha postmodum fange & religiose viuentes, facto fine in Domino quiuerunt, & post mortem crebris signis lele fedes cum Sanctis in celestibus accepisti docuerunt. Sanctus etiam Patricius profecit huic populo conuerso nouiter ad Christum magistrum Mancenum, virum religiosum & optimè in Scripturis sanctis exercitatum.

55 Dedit Dominus S. Patricio contra magos forte certamen & frequens, vt vinceret, & icaret quoniam omnium potentior est sapientia, in cuius nomine contrita & evanata sunt eorum cuncta contaminata. Sicut enim Iannes & Mambrus secundum Apostolum refuter Moysi sicut Patricio perplures malefici. Altero namque die in loco concilii lupræ memorati Sathanæ instigato, maleficius accedit alter, non alteratus à malitia in factum Pontificem, vt illum morti tradaret, consumili infurgens infaniam. Sed dextera Domini magnifica in fortitudine, quæ priorem percutiebat iniurium non in consumptorio igne, sicut sequentem acceperit & excessi in multitudine non minoris potentia delectat à facie terra: terra namque dehinc sens aperitur os futum, & magnum illum, qui se maleficii multo modis maculauerat, in lele concludens demersit in abyssum. Exitalem exitum præfati malefici cernens carne & sœti illius germanus, ingenuit: & qui frater pereunt occurrere atque succurrere non valuit, fraternam necem in Patricium, velut ipsius interfectorum, vindicare voluit. Effratus ergo in eum nitiebatur ei mortem inscri: sed Dominus pro Patricio pugnante, ipsum magnum vique ad aures absorbitus hiatus terre. Exclamans homo ab humo penè totus absorptus à Sancto veniam postulauit; feque in Christum creditur, & doctrinæ S. Patricij paritum promisit. Bonus Pastor Patricius misericordia motus, pro eo preces fudit ad Deum, & continuo tellus euomens emisit, & eleuauit eum. Misericordia illæ, misericorditer liberator gratas egit, credensque in Christum baptizimi gratiam perecepit. Sic sic Dominus diuidens inter lucem & tenebras, quidam incorrigibiles & obstinatos in malo difficiens damnavit, quidam ad misericordiam fugientes misericorditer faluit.

56 Præteriens S. Patricius quadam die vidit adunatam hominum multitudinem, vt amouerent à loco quedam lapidem prægrandem. Diu in tali opere sed frustra defudabant, quia conamine casio, velut viribus enerati & fatigati, illum eleuare vel erigere non prætulabant. Accelice Antistes almus ad locum, laudabilis latomus templi videlicet Dei viui, adscindendi in Domino; factaque oratione ac datâ benedictione, solus faxum illud ingens, quod à centum viris agitari non potuit, amouit, erexit, levauit, ac locauit in loco apto. Homines vero illi, illud opus mirabile admirabantur, & ad Deum S. Patricij conuertebant credendo: & qui haec habentes corda lapidae lapides colebant, huius lapidis à Sancto levati occasione, in lapidem viuum, pretiolium, angularem, electum, possumum in fundationis Sion, credebant. Hinc lapidem ipsi dum reprobauerant: sed iam tamquam lapides viui fidei Catholicae cœmento conglutinati, sacrâ doctrinâ feciti aque politi, & baptismo abluti in templum factum in Domino crescebant. Vbiendumque vir Domini Patricius prædicando proficisci bat, labia eius difeminabant scientiam salutarem, augebatur numerus credentium in Domino de die in diem: Dominus namque cooperans fidei famulo suo, sequentibus signis ipsius confitimat sermonem: quia ipse non adulterians verbum Dei, prædicando seu signa faciendo non

*S. Patricius
facionem im-
mobilitatem, fa-
cilius elevat
Et in locis
suum trahi-
forsa*

A suam propriam, sed Domini gloriam vbiique quæfuerit & laudem. Quodam quoque die profectus in prædicatione, ad quendam locum vocabulo Fœta deuenit, ubi in cuiusdam collis rotundâ superficie mulieres duas mortuas atque fœpulas inuenit. Homo verò Dei ad tumulum accedens, amoueri aggerem terre fecit, & invocato Christi nomine, funeratas refutauit. Refutatae verò idola vana & deos dæmonia clamantes, Christum verum Deum esse in conspectu creuentum affluerunt, & in nomine ipsius baptizari se petierunt & obtinuerunt. Omnes ergo astantes Deum glorificauerunt, & eis fidem & baptismis deuotio suscepserunt. Sic profectus Pontifex sanctissimus, duas mortuas in carne viuificauit à duplice morte, carumque resurreccio corporalis multos reliungere fecit à morte animæ.

57 Erat quadam in illis finibus zemina, Fedelina nuncupata, fidei Christianæ ignara: hæc autem prægnans, in utero filium habuit: sed instantie partu, ac deficiente virtute pariendo, animam exhalauit. Sed, sicut non potest ciuitas abscondi supra montem posita, nec lucera supra candelabrum eleuata, nec horti aromatici suauis fragrantia, sicut latere volentis, nec Patris Patricii latet præsentia. Virtus enim de illo extensis multis male habentes ad se trahebat, & odor vnguentorum ciui plures post se currentes faciebat. Horum itaque gratia defunctorum mulieris amici attrahi, cadaver eius examine ad S. Patricium attulerunt; & vt virtutem, quam in prioribus exhibuerat, in hac etiam posteriori iteraret, lacrymosis precibus pectierunt. Vir

B deo plenus protinus le in orationem dedit, defunctamque ad vitales auras reduxit: vita verò restituat parit filium, & tempore competenti post puerperium vñia cum prole suscepit baptisatum. Vterque ergo ab utriusque hominis morte viuificatur per Patricium coram populo, & omnis plebs vt vidit, credidit & dedit laudem Deo. De gloriâ celesti & paenâ infernali, quæ vidit, defunctorum enarravit; cuiusque testimoniūm credibile factum nimis, multa milia ad Christum conuertit. Eodem modo postpaullulum, mulierem alteram prægnantem & defunctam reliuicendo, & vñia cum prole baptizando, iteravit hoc lignum.

58 Circubat S. Patricius fines Connacij, diffuminans verbum Dei per viuiteram regionem, nec cessauit à prædicatione & signorum operatione, donec illi: incolæ conuertenter ad Christicolarum religionem. Pluribus in locis ecclesiæ constituxit; Sacerdotes & ceteros ecclesiasticos ministros ad regimen a-

C nimum ac diuinum officium peragendum in illis constituit. Cum verò confueto daret operi intellectum, venit in quendam planitiem situ, & amanuente aptam ecclesiæ adficandæ, sed lignorum & lapidum experientia manuque longo intersticio a loco distabat, & lapidicina non inueniebatur in partibus illis, vel, si reperiatur vñpiam, operandi de eo vñs deficit indigenis. Sacerdos Christi premisâ oratione, vt creditur, cælestis adiutor adificauit ecclesiæ ibidem tantummodo de limo terra, tum temporis per pulchro factam schemeate, atque diuinâ prædictam virtute. Nullo namque vento, gelo, grandine, pluviâ, aut aeris aliquâ inclementiâ deteriorari dignoscitur; sed ab illo tempore vñque in præsens, in eodem statu permanere perficitur.

Sedes S. Patricij proprieptatem ecclesiæ, in quâ prædicans refidere solebat, ostenditur: multaque miracula mirificantia S. Patricium inibi claruisse referuntur. Duo flumina esse in partibus illis memorantur, quorum unum Dubh, alterum Drobhais nominatur; confluens vñm illorum, Dubh videlicet, pîcibus abundare alterum verò nullum pîcilem procreare. S. Patricius transiens fecit ripam annis pîcofi rogabat pîcatores, ex copiosa multitudine, quam ceperant, sibi aliquod beneficium impertiiri. Pîcatores caritate carentes carissimum Domini Patricium dimiserunt vacuum, pîcilem penitus ei denegantes: Deus autem auctor &

D amator caritatis, contractis corde conglomeratisque auritæ conlucte copia pîcationis emolumentum subtrahens, flumen illud perpetua productione pîcilem evanescuunt: & alterum vñque tunc sterile, scilicet Drobhais, copiosâ fecunditate deinceps dñtauit. Est enim flumen iste, sicut ceteris fœcundior, sic etius aqua cunctis aquis in Hibernia clarius: in quâ se sapientis quilibet potest pensare, quâ caritate colligere debeat vñquisque membra Christi, & amicos Dei suscipere atque beneficis sustentare. Quidquid enim honoris seu beneficii illis impenditur, Christo proculprobrio exhibetur: sicut è diuero quod illis iniustè subtrahitur aut denegatur, illo se detraudatum Deus attestatur.

59 Sanctus ligniger Dominici vexill, ut ipse a-
gere confueuit, constituit ad caput cuiuslibet Christiani, extra cœmeterium sepulti, Crucem figere; quia in per remissio
regione ad fidem nouiter conuersâ, præ paucitate ecclæsiarum nouerat, omnes defunctos in cœmeteriis fu-
nerandos non fore. Voluit etiam optimus Pastor tam
felici charæctere oves ad hœdis, sepultos scilicet Christianos
a Paganis, distinguere: sicut profecto Christiano
colæ venientes, vilo vñz signo funeratum fuisse fa-
mulum fidei, Crucis Christi signo valenter agnoscere,
atque pro eius animâ non cunctarentur cunctorum
Conditoris preces offerre. Fidelis plane confunctudo,
constitutioque omnium acceptione digna, vt qui in
mortuus Christi baptizatus & in fide ipsius esset mortuus,
stigmata mortis eius fecus se vel supra se haberet sepul-
tus. Contigit autem Patricio, vero Italaë, in egressu
huius de Connacij, in exitu suo de illo populo bar-
baro, à barathro iam elongato & domesticæ Dei effe-
ctos duorum hominum recenter tumulatrorum sepul-
cra inuieri, vidiq[ue] ad caput vñus eorum signum
Crucis erig. Sedens in curru itaque, vt mos patr[icij] illo in tempore exigebat, auriga sua lorum retrahere iussit, ipse oratione facta, qual ad viuentem, ad sepul-
cum loquens quis, & cuius facta fuisset, inquiruit.
Vox verò de tumulo emissa respondit, sicut hominem
fuisse facta paganum, diuinu[m] cultus penitus ignoramus.
Quid tibi, inquit Sanctus, & Crucis Christi, cuius cul-
tor & confessor numquam fuisti? Et vox ad ipsum:
Qui iuxta me sepelitur, Christianus extixit; venientque
quidam fidei velut professor, ignorantiâ ductus, ad
meum caput Crucem posuit. Haec vox illa protulit, &
conticuit. Descendens illuc vir Dei de curru, Crucem
cum loco illo amovit, illamque ad caput baptizati
fixit, oravit, & inde discessit.

60 Egreditus Patricius de Connacij finibus fundatis firmatisque in fide, ad Aquilonalem partem Hi-
berniae, Dalnardiæ dictam, diuertit: genetique de-
gentes illis in partibus verbis & exemplis ac miraculis
ad fidem Christi & fidei Sacrameta conuertit. Deinde
transiit montem Ficoth vñque ad campum magnum Bregh; sic per Midiam ad Lageniam progrediens, vñ-
biique fidem & regnum Dei euangelizans, & quod-
dam de discipulis suis in locis opportunitis ad Episcopalem gradum sublimauit. Quantis autem miraculis per
totum iter istud claruit, quotûne infirmis medelam fa-
nitatis præstiterit, sigillatum describere alicuius, etiam
differtissimi, stylus non facile posset. Non solùm tan-
gendo sine orando, verum etiam peprancundo ex
vmbra corporis sui lanitatem pluribus præstiterit, acsi
fuerit alter Petrus. Quofcumque vñda fulu[n]t non-
dum ablutos agnoverat, ad baptisnum subeundum at-
clarer m[er]ita
trahere satagebat: quos vero baptizatos esse sciebat,
racu[n]t.
ne ab hoste antiquo à fide auerterentur, aut sub fidei
specie, aliquâ hereticâ doctrinâ subuerterentur, in fi-
de confirmabat. Et quia fides teste Apostolo Iacobu[s],
fine operibus mortua est, & mortua fides non est fi-
des; ad sanctæ sinceræque fidei per dilectionem ope-
ratris opera bona bonus predicator studit instigare
credentes. Ceterum, qui in profundum malorum ve-
niientes, illius doctrinam contempnerunt, Deoque re-
belles

*ecclesiæ
finis de lo-
mo, certe
in suo finis
permanens
tempore:*

*pîcilem fin-
men realis
pîcile, &
aliam pîcile
pîcilem
socium:*

A belles perusciæ pertinaciâ perfisterunt in dæmonum culturâ; Patricio precante fine impreante, sepe tulit è medio diuinæ iustitiae subita censura; sicut in præcedentibus & adhuc sequentibus declarabit nostra naratio.

C A P V T VIII.

Patricij de Dublinio Prophetia, S. Odrani Martyrium; Regis Oengi & Munonien-sium conuersio.

**Prædicta
Dublinie
fauorata
magistratus**

61 **D**ilectus Patricius de Midie finibus, versas Lageniam euangelizandi gratiâ dirigebat gref-fus: cumque iter agens deuenieret trans flumen, Flin-gas nomine, ad quedam collem, qui à pago Ath-chiab, qui modo dicitur Dublinia, vno ferme millari distat, considerans locum & circumiacentia eius, & be-nedicens, in hanc fertur prophetando proupispe vo-cem: Pagus iste nunc exiguus, eximius erit, diuilijs & dignitate dilatatur, nec crescere cessabit, donec in regni solium sublimetur. Quod profecto verbum, qua-fuerit veritatis afflertum, probat præsentis temporis indicium manifestum. Post paululum præfatum intra-uit villam, eiuque habitatores, auditis signis, que fe-ferat Dominus in manu illius, cum gaudio proes-terunt ei obuiam. Domini vero loci illius filius viue-cessabat in extremis, ita ut iam expirasse diceretur à multis, Sanctus autem rogauit patris & ceterorum ac-currenientium, ad agroci leedium accesserit, genua in ter-ram fixit, preces fudit, seminecem benedixit, ereptum-que de fauilibus mortis mox in oculis omnium fanum exhibuit. Homines autem videntes hoc signum in au-torem vitæ crediderunt, & in eius nomine à sancto Pontifice baptizati sunt. S. Patricius in domo cuius-dam matris familiæ manentis in prænominito pago ho-spitabatur, que in eius præfentiâ de dulcis aqua pe-nuria multum conquerebatur: flumen namque lecus villam præterfluerat, ex accessu rheumatis maris, peni-tus amaracabaruntes ante recessum refluij aqua dulcis, nisi de longe hausta, sibi afferebatur. Sanctus ve-ro Patricius, qui iugiter ad Deum fontem viuum fit-uit, compassus hospite sua querimonie, necnon & labori multitudinis in Christo recente renata, quin pocu-si ut ad fontem vite ardentiis anhelarent, ipius

Sedis mor-tuum vi-suficere

Ex aqua re-munaria abe-rantibus inueni

C virtutem declarare congruum duxit. In crastinum co-ram multis affabantur ad quedam locum aperte ac-cedens, terram cupide baculi Domini Iesu, prece pre-missa, percussit, & in nomine Domini de illa fonte optimum produxit. Eodem penè modo signum iterauit Dominus per baculum in manu Patricij sui præ-comis, quo quondam per virgam operari dignatus est in manu Moyis legislatoris, petram percussentis. Ibi petra bis percussa laetissimas aquas emanavitibz terrâ transfixâ fontem perlicpum effudit. Est itaque fons ille Dubliniæ lacertine latu\$, profluxu per amplius, gulfu sapidus, qui, ut dicunt multis infirmatibus medetur & visque in præfens S. Patricij fons recte voca-tur.

Fondate la-culo alicui:

Sanctum fioulam ne Patrici-um audire,

fons mor-tali pauci-tate.

62 Proficiscens inde ad oppidum vicinum per-uenit, quod à modernis castellum Cnok dicitur, ubi quidam vir tune Belia, & infidelis Murinus nomine dominabatur. Voluit sanctus prædicator illum in viam vita & veritati inducere: at filius mortis audiens fa-mam virtutis & sapientie eius, quibus neminem putabat posse resistere, ablenstante te ab eo, velut à fœsi-fimo hoste. Mandauit illi Sanctus, vt faltem sibi sui copiam exhiberet. Remandauit ille laritans in quodam conclavi, quatenus se dormire sineret. Quæ cum virum que sapius repetita fuissent, Sanctus Spiritu sancto docente, virum illum gehennæ filium intelligens, Dei iusticie concordans subiunguit, dicens: Domina, dor-

miti: nec ante diem iudicij euigiles aut resurgent. Hæc D dicens, Sanctus inde recellit: & ille miser somno viri-que mortis oppressus occubuit. Sic profecto qui do-miens, ad vocem amici spousi sibi excitantis à mortuis exurgit, contempnit, vt illuminaret sibi Christus; te-nebris infidelitatis obvolutus ad terram tenebrofam, operata mortis caligine defecundit, perpetuo mantu-rus. Vnde & inepto lopore ftertenti Hibernicæ impre-catione solet dicens: Sic tu dormias, sic ut Murinus ob-dormitur ad verbum fementantis S. Patricij.

**AVCTORES
S. Patricij
auctio O-
dranii**

63 Fuit in finibus Lagenia idololatrat quidam vir Belial, Foilge rufus nomine, incomparabilis aduterarius non nominis Christi secundum suum posse. His qua-rebat crebro oportunitatem mittendam manu netus in Christum Domini Patricium, eò quod esset ipsu-gratis, non solùm ad videndum, verum etiam ad audiendum. Inueterato namque odio erga viam Dei stimulabatur, eò quod idolum Ceanncroithi superius nominatum destruxerat; cuius culturae derestabilis spcialiter inancipatus extiterat. Sed cum illi nequissimus nequivisfect effectu mancipare, die quâdam in S. Patricij aurigam, Odranum nomine sedenter in curru irruens, ingulauit eum in oculis eius, vt aetoris B tangorius aculeo proper necem interfici instillaretur eorū eius. Sanctus laetatus corde, maledictionis iaculum in ipsum filium gehennæ intorlit, talique te-lo confusus eodem die vitam exuens spiritum foecidum in tartarea habitacula mergendum crutauit. Ut enim quidam terripserunt, idem Odranus præsens Sathanas satellitem in necem fæsti Praefulsi penitus conflatum, precibus obenito apud virum Dei, vt eodem die vice sua minaret currum. Hoc ideo fecit, vt loco Sancti fedens, animam suam pro eo poneret, ne, tali lucernâ extinctâ, populus Hibernie iterum in te-nebris ambularet. Sanctus animam eius in celum ab Angelis confixit deferri, & inter Martyres locum fortuit.

**homicida
autem ca-
daver**

64 Antiquus autem hostis, corporis mortui ha-bitaculum ingrediens, quasi rediuvium illum homini-bus exhibuit, spiculæ, falax & phantasticus Foyle, quasi ad suos regressus, in domo propriâ habitauit. Euolutus aliquantus diebus prope domum illam S. Patricius transtum faciens, quemdam de familiâ ad se ac-cesseruit, & vbi Foyle esset inquisivit. Illo vero respon-dente, virum domi esse, Sanctus fertur afflertiæ dixisse: Anima Foyle, ex quo interfecit aurigam meū iniuste, iudicante ac vindicante iustâ causam meam Do-mino, statim exiens de corpore sepulta est in inferno: Sathanas autem cadaver eius ad illusionem ac sedu-cionem hominum occupauit ingressu suo, vtque ad-huc manens in eo, velat in vaculo proprio. Sanctus denique interdixit Sathan, ne vltius demoraretur in illo vase, ne amplius ludificarentur homines tam nefando phantasmate. Continuò ad imperium viri Dei, seductorius spiritu luteum domicilium deteruij illud, que scutariens veribus, videntibus fætorem & horrorem incusit, & vt ab oculis omnium tolleretur, se-pultura celeri mandatur. Nec nimis mirandum, si se demonstraret consueti instrumenti tui vilibili formâ, ipso Foyle hoc promerente ac Domino permittente, cuius iudicia abyssus multa; sed potius timeatur il-le, qui potest perdere corpus & animam in gehennam.

**aliquam-
bus in ha-
bitaculo da-**

65 Exiens Patricius à finibus Lagenia, prospé-re properauit iter suum in regionem Munoniz. Ad-dens aduentantem Antifitum alium Rex illuster-rat, Oengus nomine, occurrit ei letabundus & laudans præ cordis exultatione. Materiam vero exultandi ac fidem suscepidi sibi ministravit, quod illi usi dici diluculo adoratus idola sua, famam ingressus, ipsa omnia in terram proflorat in facie reperiit: & cùm sa-pius ab eo erigerentur, diuinitus repellit lumen, nec po-terant stare, sed continuò prosterrebantur. Sicut enim quondam Dagon stare non potuit secus arcam Te-fla-

inde ejus.

**Corru-
pus ad Pa-
tronum adi-
sum idem,**

A mentis sic nec idola in adventu finibus illis approximantis S. Patricij. Ipse namque non incongrue dici potest arca feederis, qui in corde mundo, velut vixna aurea mamma contemplatus dulcedinis, tabulas diuinis legi, virginique proferebat disciplinae caelestis.

Rex regnans suum populus,
Adduxit ergo eum Rex prefatus in domum suam in ciuitate Cælæ, cum magna reverentia & honoris quia ex multo tempore sitius in illum & animus & oculus eius propter multa mirabilia, quæ cognoverat ipsum aetatis. Ad predicationem enim S. Patricij Rex credidit, in nomine fidei Trinitatis, in quo & regeneratus est vixna lacuaci falaritatis. Postea cum benedixisset Regem, eius tangendo caput, id crebro cum summâ deuotione postulantes; pœciusdem Regis vulneratur cuiuspede baculi S. Patricij. Rex vero auiditate ardentissima benedictionem accipiens a Domino Episcopo, nullum vulneris dolorem, licet fauacius, sensit in corpore, cuius mens vulnerata caritate recuperata fuit animis gaudebus sopitate. Data vero benedictione, animaduertens Sanctus pedem Regis cruentatum, Crucis signaculum imprimendo benedixit illum & reddidit tanquamum. Rege vero de signo insigni in le patroto exultante & gratias agente, Præfus spiritu prophete plenus, prædictis illi, dicens veridicâ voce: Non effundetur fanguis aliuscuius Regis, qui de stirpe tua in isto loco sedebit super thronum tuum, nisi viuis tantum. Hanc prophetiam allerunt illius regionis indigenæ, irrefragabili veritate tuffauit esse, quoniam Regem nullum ex posteris eius vixne ad decimam generationem præter vnum, narrant historie occulim huius. Remanit in loco illo tabula lapidea, super quam Sanctus fortasse celebraverat diuinam sacramentorum autem ab Hibernicis Leac Phadraig, id est lapis Patricij, super quam ob reuerentiam illius solent Reges Cælestibus in principatu promoueri, & in regni solium sublimari.

66 Demigrauit post hæc Sanctus ad fines Vrmioniz, ut ex illis locis ipsinas & vepres erroris, qui antiqui hostis verutia plantati succreuerant, erueret, ac triticum Euagelicum sibi spargeret. Vir vero quidam de Comodato, vocabulo Lonanus, gratariter illum hospitio collegit, atque illi siue itineris confortibus etiam magnam fecit. S. Patricius vero dignum duxit dispergit illis spirituales epulas & æternas, quibz preparaverunt temporales & transitorias. Cenam autem facta, cum Sanctus vite verbo fatigaret magis mentes quam ventres, quidam improbus, nomine Dercardius, irreuerenter accessit, & inconditis importunitate sermonibus, imò clamoribus, Pontificias aures oneras, animum affligens, os quadammodo obfruens, alimoniam postulauit. Sanctus vero, quod illi daret ad manum non habens, erubuit: improbitatem etiam, quæ predicatione fuit impedimento fuit, aliquantulum moleste acceptit. Intuens vir quidam nomine Neßlan spiritum iusti anxium, aritem obtulit illi: quem statim iustis Sanctus dari importunè petenti. Accepit igitur veruece, reuertebatur ad iudos, exultans & iactans, saxe cordis Patricij duritanum importunitatem suam per penetraliesque arietum lapides solent excuare. Maestant ergo homo & sui arietem, & iure vixna fe nouerant, preparant & manducant. Adhuc autem veniebat carnes erant in ore iporum, & ira Dei ascendit super eos, carniumque effus, velut virus peremptorium, repente Deo vindicante iniuriam serui sui, extinxit viueros. Quia in refatis admonemur à molestiâ famulis Dei ingeenda cautius cauere, ne offendamus omnipotentem Deum, ilorum inhabitatorem & propagnatorem in eorum grauamine.

67 B. Patricius, vt Angelus pacis annuntiatururus pacem illam, quæ exuperat omnem sensum humanum, his quippe, qui prope & procù sunt, in langleme Iesu Christi, transiuit per medios fines Ciaraghæ. Et,

cum iter caperet, vidit de proximo duos fratres, Bi- D
bradium & Locrinum nuncupatos, patre recente de- Due fra-
functo & funerato, super hæreditate inter se diuidendâ lingua prius in litigio acuerentes, & paulò post admiu- tres mori-
nūc acerrimè confligentes. Cum autem vterque in alternâ necem ferrum ferocior stringeret, veritus est Sanctus vehementer, né fratricidi facinus fieri in suo conspectu contingere. Sanctus igitur cor ad compunctionem miserorum in misericordiam, os ad orationem & ad benedictionem manus mouit; eorumque manus cum brachis instar ligni aut lapidis immobiles & inflexibilis, in æra suspendit. Videntes igitur fæse tam miraculoso eventu prauentos esse, à concepta sceleris furore conqueverunt, & ad arbitrium Sancti euangelizantis pacem, annuntiant bona, prædicant salutem, in fraterna caritatis mutuam gratiam redierunt. Pacificatis itaque fratribus, ac benedictione data, restituit Sanctus manum ab brachiorum officia: ipsi vero ad addicendam ecclesiam contulerunt fæ- Et
tæ. Præfusi agrum, in quo accidit huiusmodi miraculum.

68 Postquam signipotens Pontifex Patricius suis Oengi Regis
sanctissimis monitis Monomie munierat incolas, quos eorum
ian fide Chirisi repleuerat, nesciebat vilitate partes Aquilonares terræ, scilicet fines filiorum Neylli, ut
eius inhabitatores ad fidem conuerteret, vel in fide
confirmaret. Rex autem Oengus prefatus cum duo
decim Subregulis & alijs Magnatibus ubi subiectis &
maximâ multitudine hominum, quatuordecim videlicet
milliis, pane vix & intellectus refici cupientium, seque-
batur Sanctus. Cum autem peruenirent ad flumen Bro-
nach nomine, ubi Triamus Episcopus, natione Ro-
manus, S. Patricij itineris & laboris socius, in loco
Choibeach vocabulo, habitabat, totius multitudinis
vtrumque hominem reficeret Sanctus desiderabat. Pris ergo omnes, qui doctrinæ desiderio ad eum confluxerant, spirituali alimento saturauit, deinde ipsos ad ce-
nandum discubere iussit. Præfus autem Pontifex quisque a-
Triamus tam tantum vacca habuit, de cuius latte
folebat sustentare, & illam ad præparationem eenece fe-
citi occidi. Sed hæc quid inter tantos? Patricius ergo
dilectus Domini dirigebat orationem in celeste fan-
ctuarium, & ecce subito duo certi ex vnâ parte
moris vicinâ, & duo apri ex alterâ protuberantes, tam
quam domiti & domestici, vepore diuinus destinati,
venerunt ad illum. Hos, altissimo Largitoris gratias a-
gens, simili modo iusti occidi, finisque benedictione
apponi. Comederunt cuncti, copioque saturati sunt,
& reliqui, ne perirent, collecte sunt. Ex quinque er-
go animalibus quatuordecim milia hominum in eius
nomine plenissime Patricius pauit, qui de quinque par-
ibus & duobus pribus quinque milia hominum la-
tiauit. Ipse namque dixit: Qui credit in me, opera Matt. 14
qua ego facio, & ipse faciet, & maiori horum faciet,
vñ glorificetur pater in filio. Non discrepant enim mi-
racula hæc, licet variantur in numero: quia verum
quod signum idem Dominus operatus est, illud in se,
istud in seruo Iuto. Crastina autem die reperta est in
campo vacca sumillima ocellæ & cornicæ, quæ cessit
in vñm vixna Triamo Episcopo, vt de illius auctoritate
laet. Exiit enim fermo inter plures affirmans, eandem
esse vaccam & à S. Patricio restitutam. Nos vero
Deo nihil impossibile dicimus; sed factum hoc fuisse,
ne negamus nec altruius.

a. Sequebatur prolixa narratio de Dubliniensi, quæ iam non
reliquo urbem involentem, conversione per S. Patricium passu-
tus filium & filiam Regis: quæ ut hæc ipsi proposita regnabant,
Et omni ex parte fistula ab aliquo rugatorum ostulo, concitare malum
potuit. Potius ea apud Cæsarum legi, ut referendo fabulis hæc cor-
gantur memorari quod sanus fuit Æternus, pag. 62 in gram fabu-
la originale soportant.

A

CAPUT IX.

Varij mortui à Patricio suscitati.

Mirandis magis miranda in eodem loco succedit, mirabilemque Deum in Sancto suo cunctis sequido ostendunt: signum enim subsequens ampliori admiratione dignius censetur, quam precedens. Cum enim vir Dei Patricius contentus Deum & praecepta eius praedicando poenas perpetuas intentaret, euipique mandata custodientibus vita perennis premia promitteret, miraculi inauditi argumento irrefragabili verbis fidem fecit: sed ne vllus audiguitatis scrupulus in cordibus credentium deinceps emerges; nouemdecim mortuos ac sepultos de tumulis sub omnium oculis resuscitauit: è quibus unus Fota minoratus, funeraliter à diebus multis, incineratus per decennium in sepulcrali lare latuit. Ornes igitur ad vitam reducti, poenias, quas perpepsi sunt in auribus astantium narrauerunt: Deumque verum ac viuum, quem Patricius praedicabat, vniuersitatem clamauerunt. Rex vero Oengus vniuerterisque populus hæc videnter.

Btes, gloriolum Deum in Sanctis suis, mirabilem in maiestate suā, facientem signa & prodiga, qualia non sunt vīla super terram illam, glorificauerunt, Sanctumque Patricium, tamquam Sacerdotem excelsi Dei, vt suum proprium Apostolum, honorauerunt. Deinde reveri sunt vniuersitatem ad propria, cerebro dientes: Quia vidimus hodie mirabilia. Resuscitati etiam omnes à S. Patricio baptizati sunt, & vitam preuentiam profientes, monachalem habitum suscepserunt, & cum B. Triamo Episcopo degentes, in sanctitate & fine vie ad vitam terminum permanerunt.

70 Pertinet S. Patricius in regionem Neylli in qua principabatur Rex, Echū nomine, habens filiam, nomine Cynnam, vnicē dilectam, quam in consequenti coniugio duxit nuptias tradere. Puella paternum propositum postposuit, Patricio exhortanti, ad certitudinem fructuum virginitatis promerendum, paruit: canaleque nuptias nauseans, ecelesti Sponfo se illibata- tam offere & conferuare corde statuit. Videns pater in filia mentis columnam circa custodiā caftionis virginis immobilem stare, sanctum ad se accersiens ait illi: Deliberauit & statutus ex corpore nata, nepotum procreatione, prospiciam meam ad robur regni & fortunam meum dilatare: fed sufficiat est succeluo, frustra-

C ta est haec spes mea in hac parte per te. Si ergo protante stirpis amissione promiseris mihi regnum cælestis, & me inuitum non compellas baptismum subire, filia mea famulabitur Factori suo leundum formam exhortationis tua: alioquin non defraudabor à desiderio meo, sed ab effectu frustrabitur prædictio tua. Sanctus in Domino confidens eius dispositioni negotium ita ut totum commisit, & quod petebatur Regi simpliciter promisit. Puelia vero a Sancto velata & consecrata, in virginitate & alijs virtutum exercitio Dōmino seruens, multos exemplo suo ad obsequium Dei deduxit, atque in virtute & poft mortem miraculis conseruauit. Commendauerat illam custodiae sanctæ Virginis Cethuberis, que prima omnium Hibernicarum à S. Patricio velum accepit, cui etiam monasterio Cruidubhchan dicto, magna multitudine Virginum Christi seruientium replete, Præposita, epistolam exhortatoriam Sanctus ipse scriptit. In hoc monasterio S. Cynna viuens deguit, & cum plurimis Virginum turbis in Domino quieuit.

71 Elapso aliquante temporis spatio, incidit Rex Echū in lectum doloris, & cum morbo inuaescere sensisset sibi diem mortis imminere, destinatus nuntiū ob S. Patricium vocandum ad se. Distritus etiam prohibuit corpus suum à suis lepeli ante Praefusis aduentum, & quod ipse promiserit sibi ecelestē re-

gnū, & maximē quoniam ab ipso desiderabat salutare lauacrum suscipere. Haec dicens expirauit: eiulque corpus iuxta præceptum suum vnius diei noctis spatio ab expectatione Patricij inhumatum iacuit. S. Patricius in Saballino monasterio constitutus, quod à loco, vbi ipse iacebat, duobus dictis distans, Regis obitum in spiritu agnouit, & antequā Regis nuntius definassus ad se adueniret, ad iter versus domum defuncti se proxinxit. Affuit tandem Sanctus Dei, & de Regis decepitu doluit, præfertim quia sine vita regis: baptizimi percepcione de corpore unigrauit. Orauit Sanctus ad Dominum, & a gemina mortis vinculis absoluuit illum. Quia enim abique regenerationis Sacramento defecit, continuo vita restitutum regulis fidei instruxit, instruimque baptizauit. Baptizato autem Rege coram plebe, ad eiusdem adiunctionem ac commendacionem sua prædicationis, narrare præcepit, quæ de peenis reproborum & gaudiis electorum plenius agnouit. Cumque multa miranda de illis referret, inter cetera dicebat se suum in cælesti patria à Patricio sibi promissum vidisse locum, & qui baptizatus nondum fuerat, illuc intrare non posse; siue ob precem Sancti iusti diuino corpus suum reinduile. Scificabatur ab eo Sanctus, utrum mallet in hoc mundo viuere diuinus, in instanti ad locum sibi preparatum pergere. Respondens Rex resuscitatus, fē totius orbis dominium, diuitias, delicias, instar inanissimi summi ducere afferuit, in comparatione gaudiorum celestium, quæ oculata fide probauit. Sed rogo, inquit, ut absoluat à corpore mortis huius, & educat quanto cyclus de carcere isto, quia vehementissime cupio diffundi & esse cum Christo. His dictis accepit Eucharistie viaticum, & sic dormiens in Domino abiit in immortalitatem locum

72 Quidam regulus Principatum tenens in Hymettia creditur ad prædicationem S. Patricii cum gente sua, & baptizati sunt. Cum autem Sanctus, illum super generali resurrectione credendā instrueret, non facile tiden accommodauit; quia corpora in puluorem resoluta, in statum pristinum naturę propria, sed melioranda, resuscitanda nullatenus credere solebat. Sed cum vir Dei multa sacra Scriptura testimonia, exempla, signa, & prodiga depromeret, vt illum à suo reuocaret errore, tale teatert ad S. Patricium responsum protulisse: Si tuum meum à diebus multis incircum resuscitaveris in virtute Iesu Christi, firmiter credam resurrectionem mortuorum: quam prædicando afferuisti. S. Patricius hoc audiens, ipso Regulo cum plebe multa incendit: cum eo ad tumulum acescis, & cum baculo Iesu illum signauit, humumque erui fecit, & oratione facta, hominem in admiracionem omnium auctiuum, & confirmationem fidei Catholicæ resuscitauit. Erat enim procerus statura, alpestrisque terribilis validè, dilatilis tamen priori in longitudine. Ipsum etiam ad iussum suum penas infernales enarranter, & baptizatum in nomine Christi deuotè petente idem Sanctus baptizauit, baptizatum Eucharistiæ faciat percepit, sicut & ipse petierat, obdormientes iterum, sed in Domino, proprio leperulo collocauit. Nulli ergo præsentium de resurrectione mortuorum ambigebant: quoniam illam testimoniantam credibili, signo tam evidenti comprobata, præ oculis habebant. Huius signi & precedente, Sanctus in epistola quādam meminist, quā ad quendam dilectum suum in ultra-marinis partibus degentem scribens, inter cetera dicit: Dedit mihi exiguo Dominus virtutem faciendi signa in populo barbaro, quia nec à magnis Apostolis leguntur facta, ita ut in nomine Domini Dei nostri Iesu Christi resuscitarem à mortuis corpora in puluere à multis annis resoluta. Nullas tamen obsecro credat, me ob illa siue his familia parificandum Apostolis aut villis perfectis viris: cum sum exiguis, & peccator, & contemptibilis. Attendant au-

ad sua
prædictio-
ne confron-
tationem39 mortuus
reprobatus
3. Patrici-
us2. Cynna
impetrans
facultatemvuln. sup-
picioJoh. S. Ce-
leste: bOpuscula
cum fine
Baptizatio
monasterioAVCTORE
TOECLINGEvita regis:
tut:baptizans:
g. remittit
ad gloriam
praeparat.fæcias
autem
causa
de Regulū,ad fidem
reverentia
no stabilitate
dant.

AVTORE
LOCALINO

alterius fi-
lum lac-
ratus à
porci.

Malachia
discipulo
reverentian-
dus man-
dat,

rof. hagi-
stis.
Ioan. 14:
Matt. 17

per dux-
tias mura-
culorum ex-
guitur.

C ipi patrum
productus.

Olcancum
ex mortua-
matre natu-

Eitteria ca-
rat instruc-
dum.

A ditor in quantæ perfectionis culmine vir iste mentem fixerat, qui talia tantaque operans, tam humilia de se sentiebat. Ego plane plus admiror in Sancto isto magnam humilitatem, quam mortuorum resuscitationem.

73 Alius Regulus Ellelius nomine, valde refutebat doctrinæ sancti Patricij, nec villatenus aurem audiendi aperuit ipsi prædicanti, donec vexatio daret intellectum illius auditui. Quidam namque die filius eius vicè dilectus à porci est conculcatus, & ex parte magnâ comminuitur & deoratur. Quod cum agnouisset pater, scidit vestimenta sua, & prouolutus velligis S. Patricij, quod sibi accidit, expulxit voce lacrymosâ: pronuntiavit etiam in Deum ipsius se crediturum, & eius præceptis in omnibus obtemperatum, si resuscitaret in eius nomine filium suum. Sanctus autem præcepit cuidam discipulorum suorum, Malachia nomine, Britanno natione, ut defunctorum & disceptorum ad vitas auras redirentur à morte. Illi inobedientes & incredulus verbis viri Dei existens, ex fidei pusillinitate respondit, dicens: Quis est homo in terra, qui posset olla communita reintegrale, neruos resolidare, fucientes carnes reformare, & cutem superexcedere? spiritum corpori, & vitam defuncto inducere?

B Non petam, & non tentabo Dominum super tali temeritate; nec aggrediar opus quod non possim adimplere. Et Sanctus ad eum: Nonne legitti promissum Domini dentis. Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Et iterum: Si habueritis fidem sicut granum spinapis, dicetis huic monti, Transfer te hinc, & me te in mare, & fieri? Illo respondente se legisse xp̄i, tuberculitum Sanctus, dicens: Quoniam, inquit, quantum in te est, verbum Domini & fidem nostram euacua*i*, prædicto tibi, quod domum exitem & exiguam habecis in terra, & non erit nisi habitatio tantum vnius homini in ecclesiâ tuâ. Ininxit deinde duobus Episcopis Elbeo & Hibaro, discipulis suis, quatenus defunctorum puerum restituirent superis; adjiciens, quod illos ad sic faciendum adiuvaret orationibus suis. Paruerunt Pontifices Patri sui Patricio præcipienti, eiisque adiuti precebus puerum diformam & dilatatum non solum vitæ, sed etiam integræ sanitati restituirent, & pristinæ pulcriudini & valetudini. Credidit ergo Regulus & cum omni domo & plebe sibi subiecta est baptizatus. In loco vero patrati miraculi ecclesiæ construxit, & in memoriam S. Patricij & duorum Episcoporum & pueri resuscitatis, quatuor lapides prægrandes erexit. Quod autem Sanctus inobedienti discipulo prædictis, conqueanter evenit. Quare autem non à se fôlo, sed à discipulo fieri hoc miraculum voluit, fatetur esse mihi, meique familiis adhuc incognitum. Quibus tamen fane lapices intelligat S. Patricium illum defunditum, sicut & ceteros in nomine Domini resuscitasse, cuius præcepto prædicti, precebus suffulti, quod excellentius est, eius discipuli signum istud facere potuerunt b

74 Quidam Regulus iter agens auditio non sine stupore magno, quia vocem pueri flentis emilam detum dum tunc: stans autem iussi lumen aperire sepulcrum, insueneruntque intus cum admiratione magnâ iuxta matrem mortuum infantulum viuum. Ex communis ergo confusio, educitum illum à sepulcrali late ad S. Patricium portauit: quem ipse baptizans, ob dolorem quem fuisse, Olcanum vocavit, temporeque acceptabili tradidit litteris imbuendum. Qui grandisculus effectus discendi audiret Gallias adiit: ibique diutius degens multæ literaturæ scientiam adeptus repatriatus, repatriatus scholas recte: innumerous discipulos, quorum plures Episcopi sancti fuerunt, erudiendo in literaturæ copiam proœxit. Ipse vero Doctor egregius, Episcopalem gradum ascendit, in facilitate multæ vitam terminans, miraculus etiam multis claruit. Transiit quidam vice sanctus Patricius cum suo facto comitatu quendam annem, Dabhall nomine; & quia

adversus peraferbat dies & inclinata iam era, fecit ripam D. permodicatum fixit tentorium infra perp. ram præti planitatem. Accedit Antistes ad aquam, manus & os lauit, ac lauando gingivæ & dentes digiti dignissimum fricauit: fricando vnum dentium præf. vel infra- mitate motum, sputo fortuito vel portio nota diuina, in aquam proiecit: quo comperte, discipuli eius dentem in qua diligenter quæserunt: sed din quantum inuenire non potuerunt. Noctis vero subfrequentis sub obscuro dens in arme iacent, velut fidus lucidissimum emicuit: cuius fulgor omnes fecus se hospitanter ad sui spectaculum ac intentionem adduxit. Dens itaque tam miraculoso eventu inuentus ad Patrem defertur, ab ipso & a cunctis omnipotenti Deo gratiarum actio pro re, quæ contigit, offertur: Sanctus autem in eodem loco ecclesiæ adiudicatur, dentemque præfatum infra altare posuit: qui profecto locus multis claruit miraculus, & vñp; in praesens vocatur Cluayn fical, id est, ecclæta dentis. Eiusdem igitur Domini virtute inflat radiantis sideris, S. Patricij dens illuxit, quâ de molari dente mandibuli afini, ad precem Samonis Philistensium triumphantis, fons aquæ profluxit. Diffat ecclæsia illa ferme quinque miliaribus à Metropoli Ardinchana ciuitate.

E

a Hoc loco legebatur suicitati gigantibus fabula, quam in appen-
disca reieccimus.

b Eugenij quoque Metamorphosi hisc sublata est.

CAP V T X.

S. Patricij prophetiae quadam: excursio in Britanniam.

75 Beatus Patricius quadam tempore, dum quem-
dam Magnatem, nomine Cartanum, & vxorem eius abluef salutari lauacro, indicavit mulieri eam habere filiam in utero, quam ipse velatur effe, & in virginitate conferatur ex levi Sponso. Tem-

poore constituto peperi feminam filiam, quam baptizantes nominauerunt Treham: quæ, decennio completo cauila confederatius suscipienda, iter arrupit veniendo ad S. Patricium; sed propositum peruentio- nis impeditus stagnum interpositum. Fatigata igitur & anxiata in ripâ reseat, locumque, in qua fancus Pontifex fuit, à longè oculo ac animo fitibundo apie-
ciebar. Præf. sanctus, sancto Spiritu reuelante, ter Virginis & desiderium agnouit factaque oratione fla-
gnum à loco illo amouit; sicque cum suis fæcis vesti-
gijs pertransiit ad illam peruenit. Cum vero S. Patric-
ius prænominatus Treham, Virginem consecrasset, ab Angelo Domini velum capiti eius impostatum est, vñque ad nares pertingens & oculos contegens. San-
ctissimus Antistes apposuit manum, ab oculis amouere velum volens; sed puerilla suppliciter prohibuit, di-
cens: Obscoero, mi Domine, dimittitur velum, tunc
est capiti ancilla tuae impotum, ne videat vñcruis
oculi mei huic Ieculi vanicatem; sed intuio potius
puriori homo interior Sponsi mei contempletur clari-
tatem. At gaudens Pontifex proposito puellæ purissi-
mo velamentu dimisit; & hec cælitus erat impostu-
m, genas eius turritinas & oculos columbinos om-
ni tempore vita fæc cooperiens, acsi facit eius agglu-
tinatio fuisse, remanit. Sic sic huic facri velaminis obiectu qualibet illecebrofa species ab aditu ad illam arecebatur, ne mors villatenus per fenestræ eius ingre-
deretur.

76 Princeps quidam Conallus nomine penitit & Ferguſus
impetravit benedictionem à S. Patricio. Accedit ad demus
Sanctum intentione simili frater illius, in d. filius mi-
nor natu. Fergu nomine, vñus imò præcipitus ad Opti-
matus terræ. Sanctissimus Antistes premisâ ora-
tione benedixit hominem, aptatis manibus super ca-
put

*S. Patricij
vnu prelatu-
guis in a-
guis,*

*S. Treba
intra-
tussum
Patricij*

*decennio ab
eodem con-
secratus,*

*etiam ab
autem
anomato.*

*eni impa-
tum ab An-
gelo vñcruis
munguis
ab oratu
anomato.*

A pit eius cum magnâ morâ & summâ deuotione. Vi-
dens germanus eius, natu prior & dominio, quod iu-
niorem benedicer diligenter & deuotius quam se,
miratus & molestatus est valde. Patricius ob benedi-
ctionem viri faciem obscuriorem solito perpendens,
cauffam tam morosam benedictionis propalauit, dicens:
Benedicens benedixi fratrem tuum Fergusum, pro-
pter filium benedictum ex eius semine nasciturum fi-
lius enim eius Fedhleminius generabit puerum, Co-
lumbam nomine, nomen fortitorum ex re quis Spir-
itu sancto replebitur ex vtero matris suis. Siquidem ipse
thesauris sapientiae & scientiae locupletabitur, & singu-
laris lucerna generationis sua ardens & lucens, &
Propheta altissimi iure vocabitur: ex quo enim ad in-
telligibilem etatem peruerterit, numquam sponte-
nendum ex ore ipsis exhibet. Quām veraciter illa
prophētia de S. Columba, qui Columkylle & centuri
cenobiorum extitit fundator, sicut prolatā, scire plen-
ius poterit, qui volumen legerit scriptum de ipsis
vita.

77 Venit S. Patricius quādam vice transeundi
causalā ad quoddam flumen magnum & intranfudiabili-
le, Boallum nomine: & cūm omne defūsset nau-
gium, oratione factā diuīs fluvium, & liberum tibi
sequē sequentibus exhibuit transiit. Ercā deinde
dexterā, flumen illud benedixit, miroque modo vñque
in prefēs in Orientali parte ab equitantibus & pedi-
bus poteſt tranſuari; & nullus in Occidentali par-
te tranſitus, niſi nauigio, valet inueniri: & fluius erat
iam ibidem à Sancto benedictus copioſus, quām in
ceteris locis abundat pīſibus. Discipulis autem miran-
tibus, & rationem ac cauffam huius miraculi tam gran-
dis exponi ſibi depolebantibus, respondit S. Patricius:
Filius vita Columba nomine, nondum natus, poſt
multorum annorum curricula in loco illo habitabit, &
aqua taliter diuīſ illi atque commilitonibus suis in
Christo in variis viis necessaria erit: copioſa nihilō-
minis captura pīſium. Fratribus inibi manūris min-
istrabit vñctualium ſuſtentationē. Sanctus verò Co-
lumba poſt multum temporis natus, ex quo fuerat ad-
dultus, ibidem cenobium egregium adſificauit, & Pa-
tricij pīſagium veritate ſubmixum habitatione ac o-
pere comprobauit.

78 Vifitauit S. Patricius fines Turturionis: qūibus in locis septem hebdomadibus moran fecit,
ſepetimq̄ ecclēſias in tantilo téporis ſpatio extruens,
quālibet illarum Dominicā appellauit. Hoc enim
habebat Sanctus in conſuetudine, ut vbi demoraretur
Dominico die, ſi ecclēſiam illīc fundaſet, Domhnach,
id eſt, Dominicā appellarēt. Vn autem Ecclēſiarum
ſepetū pīſātrātū quēdām de discipulis pīſo-
fuit, nomine Connēdū, viro bonum & ſanctum,
Presbyterū gradū, lege diuinā eruditum. ſuſcipiens
ille regimē illius ecclēſiae, cauſā potius obediētia
quām captu ambitionis propriæ, vnam hebdomadā
tanctū ibidem compleuit, atque confeuerit eam ad-
relinquens ad S. Patricium remeauit. Sanctū Pīſū
inquierunt ab illo ſua reuerſionis tam festina cauſam,
respondit, ſe non poſſe æquaniſtim ferre illius tam
dilecti Patris absentiam. Nec mirandum, repondit S.
Patricius: quia filij virū non ſunt in illo loco; ſed vii
ſanguinū, & coemtore pecorum, quorum tu for-
midas ferrum, tuncq̄ ſanguinem tuum effundendū.
Reuertere, reuertere fecurus, neque timeas à fa-
cie corūm quoniam nullus hominis fangus effundetur
in loco isto, vñque in generationes generationum.
Acceptoq̄ tali reponio à S. Patricio, vir venerabilis
Connēdū ad Ecclēſiam illam regendam regreſſus eſt,
verbumq̄ S. Patricij verum eff multis ſerum argu-
mentis euidentium, ut afferunt patrioꝝ probatum eſt.

79 Videns S. Patricius in Hiberniā, Mefſem qui-
dem multam, operarios autem paucos, tranſfretauit in
Britanniam, acquisitū ſibi coadiutores in agrum

Dominicū & cooperatores: & quia pellis Pelegia-
na hærefis, & etiam Ariana perfidia pluribus in locis
Britannia fines fœderatas ipſe pīſātrādo, & fig-
na multa faciendo, patrioꝝ ad viam veritatis reduce-
bat. Extant adhuc in Britannia plura loca miracu-
lorum eius confīcia, terebrisque miraculū ſanctitatem
eius redolentia. Collectos denique viros multos litté-
ratos & religiosos ſecum adduxit, ē quibus tringita in
Episcopalis officiū fastigian postmodum ſublimauit.
Renaugauit in Hiberniam, ad infulas mariſ conuer-
tendas diuīſit: ē quibus Euboniam id eft, Manniam, adiace-
tū quidem Britannie ſubiectam, ſaturi pīſātrādo-
ne ac lignorum exhibitione ad Chrīſtū conuerit pīſātrā.
Inter que ſigna illud inſigne clariuit, quod quidam
maleficus Melinus dictus, inſtar Simoni magi le Deū
afferens, ac ethera volatu diabolico repentes, precibus
eius ſublumi corrui precipitatis, confractūque in-
teriit. Quendam diſcipulorum S. Patricij virum fan-
ctū & ſapientem, Germanum nominatum, in Epī-
ſcopum promotum, illius gentis Ecclesiæ nouelle Re-
gentem pīſoſuit, & in quodam promontorio quod
adhuc Infula Patricij vocatur, eō quod ipſe ibidem a-
liquantulum demorabatur.) Episcopalem Sedem po-
fuit, Alijs autem infulis ad fidem Christi conuerit, fin-
gulis ſingulis aut etiam plures pīſecit. Pīſes, de
diſcipulis ſuis: ſicque Hiberniam repetiit. Conſuevit
enim S. Patricius non folūm in vñibus, verū etiam
in oppidis & locis celebroriibus, Episcopos conſtitue-
re, ne baptizati vilatenus deſraudarent Episcopali
confirmatione. Hoc etiam à Sancto procurauit eft,
vi fideles in pīſenti habent, qui ministraret Ponti-
fice munus illis, dum diceſis, non nimis extenua,
non ſubtraheret illis pīſentiam atque cultidom ſui
Paoſtoris. Quarundam inſularum incole legem Dei
per S. Patricium pīſātrātā abiecerunt, abalienati à
fide retrorum: & ideo vñque in hodiernum diem pī-
uantur ſpeciali Dei dono, quod ceteris inſolis in hōe
perſeverantibus, ſuper venenorum animalium ab-
dicatione, per Patricij preces conſtat collatum.

80 Sex Clerici natione Hibernici, vñnimā deſi-
derio diſcendi ſcripturnā duci atque loca ſancta vi-
tandi, versuſ tranſmarinā partes iter atripiuerunt; ca-
ſuque felici S. Patricium de Britanniā regreſſum, ob-
ſuum habuerunt. Ipsiſ verò genibus ſexis, benedictio-
nem petiuit, Sanctus benedixit, ipſoſque omnes
Episcopos futuros pīſātrā. Agnoscens Pontīfex v-
num ipſorum, qui nata maior & robustior ceteris vi-
deretur, omnium codiculos in ſinu portantem, eō quod
non haberet aliud in quo portaret ad manūs uſſit il-
lis dari pellem phocinam, ſuper quam in celebraſione
Miffarum ſtare conſueverat, ad faculum inde facien-
dum. Munere laeti vii cum gratiarum actione rece-
pto, propterē transſtaterunt; nec ab illo die aliqua
grās eos apprehendit inopia ſed die itinerando, ſi
ue in ſcholis commorando, ſemper arrisit eis honesta
ſufficientia. Cognouerunt igitur Sanctū ſubueni-
torem ſui in benedictiobus ſuis, Dominumque con-
ſeruantem illis misericordiam ſuum ipſius mentis. Pro-
cello verò temporis optimè litteris imbuſ repatriauer-
unt; & infra tempus breue, ſecundum verbum S. Pa-
tricij, omnes Episcopi effeci tunc. Horum autem Sa-
cerdotum ſanctorum nomina sunt, Lugacius, Colum-
banus, Meldanus, Lugadius, Callanus, Cerasus, quo-
rum ſedium Episcopaliū nomina deſcribere, certa
ratione ſuperſedemus. In multis etiam vocabula loco-
rum, & etiam perſonarum, ob inconditam verborum
barbariem deuitanus, ne Latinis auribus fastidium aut
horrorem ingeramus. Pīſātrā tamen Pontīfices in
Ecclēſia Dei verbo & exemplo plurimum proſe-
cunt, & in magnā ſanctitate vitā terminauerunt. Mu-
ta etiam miracula ſolebant narrare in pellem pīſatā
parata: quā adhuc manet integra, & pro reliqui ob
S. Patricij memoriam conſeruata eft.

A 81. S. Patricius prædicabat populis plurimis de diuersis partibus in unum conuenientibus, in loco Hibernia Finnebhair vocato, qui Latinè interpretatur albus campus. Legebat & interpretabat illis feritatem scrolanam quatuor Euangelistarum volumina, tribus diebus continuis & noctibus; omnesque præsentes existimabant non plus temporis effluxisse quam vniuersitatem duci spatiuum, ita feliciter decepti delectatitudine salubriter in verbis gratia, quæ proce debant de ore ipsius. O fabulus delectabilis deceptio, per quam falsitas excluditur, veritas inducit, illudetur tempori, nox subtrahitur, dies per triuia continuati consipicitur! Ne canetur lector, quod nominauerim deceptionem; Propheta clamet ad suum Conditem; Seduxisti me Domine & decepisti, & Apostolus Paulus quibusdam discipulis suis, dicit: Cum ehem affutus, dolo vos decepisti. Bonus dolus, qui salutem animalium acquirit optima seductio, quæ ad Deum pertinet.

Ier. 10. 2. Cœc. 12.

**S. Brigidæ
mirac. ovis
offerens**

Cant. s.

B 82. B. Brigida itaque contenticulæ præfatis intererat, quæ reclinata capite dormiebat. Sanctus Antistes prohibuit, ne quis Dëi dilectam fulciret & euigilaret, donec ipsa vellet. Sicut enim ex fine claruit, illud in Cantico, ei fatus congruit. Ego dormio, & cor meum vigilat: eo quod sponsus tuus fecreta tua ei reuelabat. Eadem ianæ Virgini postmodum euigilanti sanctus Praeful præcepit, ut cunctæ enarraret, quæ in somniis vidi. Obtemperans illa verbis Sancti, dixit: Vidi Synodus candidatorum & aratra & boues & legetes, cuncta candida: deinde omnia illa maculosa, postmodum omnia nigra: ad ultimum confexi oves & sues, canes & lupos discordantes ad iniucem & contingentes. S. Patricius autem visionem exponebat, tunc tamenq; candorem præfatum ad mundi suum, tunc temporis præsentem, pertinere dicebat. Omnes enim in eo Praefati & subditæ erant in fide & bonis operibus secundum Euangelicam doctrinam & Apostolicam fertiles & ferudi. Maculosa quæque ad tempus sequentis generationis speciale dicebat, in quo fide quidem canderent, sed cam prauis operibus denigerent. Nigredinem subfrequentem afterebat tempori generationis securæ congruere, in quâ vitam suam homines non solum iniquis operibus profanarent, sed etiam fidei Christiane abrenuntiatione. Discordiam oviuum, suum, canum atque luporum, pronuntiabat controverſiam innocentium & innundorum Praefatorum, bonorum & prauorum aſſuturam in diebus posteræ generationis, post annorum feliciter curricula plurimorum. His dicit à loco solutâ collecta Sanctus recessit, Virginique visionem, atque fanciulli interpretationem virtute suffulsum irrefragabilis, fuit reor, nullus ambigit.

quæ de sua
re futura
Hibernia
expensi Pa-
tricius,

**Gloria vi-
francos
provincias**

**proprietatis
aliam S.
Benigno**

C 83. B. Patricius singulas regiones Hibernia crebro confitevit visitare, ac prout temporis opportunitas expetebat & ratio dictabat, in eis morari facere. Vnde & septem annis continuis morabatur in regione Mononia, totidemque in regione Connactia; diutius tamen degebat in Ultonia, in quâ primitus regnum Dei euangelizans, ad Christi fidem illius incolas perduxerat, cuius fines singulos crebrius suâ sanctâ præfenti perflustrando illustrabat. Vbicumque proficiebatur auditores suos, aut ad fidem Christi convertebatur, aut in fide Christi confortabatur. Quâdam igitur vice visitans S. Patricius illam plagam Ultronum, que Dalnaria dicitur, per locum quemdam, Muccomuir vocatum, transiens progrediebatur, discipululique illius, nomine Benignus, superius memoratus gradum figens, in celestibus aliquod mirum contemplabatur. Videlicet lucifugos Angelorum choros locum illum claritate & luce circumfundere, audiuitque ipsos cum inestimabili melodiâ laudes Creatori canere. Stans horum mirabilium deuotus contemplator, dulcedenis intime replebatur tripudio: nec tamen intelligebat

quid pretenderet Angelica præsentie, lucis coruca, hymnodis celicæ, in illo loco exhibita apparitio. Post modicum vero temporis interullum, admirabilis visio illa ab oculis Benigni tota disparuit, illeque præcedens Patris Patricii vestigia sequendo, ut ad ipsum perueniret gressus acceleravit. Sancto vero scitânti cauillam retardationis eius, retulit vilionem offendam sibi certius. Sanctus vero Pontifex diuinis edictus, quid innueret, aut indicaret perfusio luminis & cantus Angelicus, expones dixit coram præfente: Scito filios carissimi, quod in illo loco quidam filius vita, nomine Colmanellus, ecclesiæ edificabat, multo tamen filios lucis ac concius Angelorum futuros ibidem adunabat. Ipse Praeful atque totius Hibernia Legatus efficaciter, virtutibus ac signis conspicuus: post vitæ tenebras terminans ab Angelis Dei ad æternam lucem & requiem transferetur. Procullo vero temporis, loco illi & perlone præmonitata & propheticæ omnia euenerunt, sicut S. Patricii labia diffinxerunt.

*de S. Col-
manello,*
*a Quid mihi? cum carcerata intercurro, fluminum ex alto
precipitans pices e mari aduertantes prohibeat, iuri, nos nescire.*

CAP V T XI.

**S. Ergnate curata tentatio: predicta Com-
galli Bauchorenſis nativitas: impij puniri:
SS. Mel & Lupita innocentes probati.**

84 Venerabilis Benignus inter ceteras munerationes, quibus illum dittaverat diuina gratia, vocis in canto dulciorum quadam pollebat prærogativa; ita ut audientium compungendo plerumque penetraret aures & corda. Sed quoniam virtus aut donum diuinis collatum plerisque solet esse odor vitæ in vitam, quibuidam odor mortis in mortem; ex vocis melodiam ministrabat tentator delinquendi occasionem. Quædam namque fanciunitalis feminæ, dum oblectaretur super Benigni cantum mellifluum, auribus crebro perceptum, interiori desiderio succendebatur ad peccatum eritabile, eum ipso vitro Dei huius ignis ignaro committendum. Turpum ergo schematum tormentis adhibitus, fervens & loquens intantum exarsit & extremitate concepiscientia, ut vix in eius peccore se caperet amoris pernicioti flamma. Et quia propter disciplinam S. Patricij puella non poterat potiri fecero Benigni colloquio, ex accessu & alloquio ipsum diffidit, cultate, ampliori rebatur incendio. Calliditate igitur faminæ instruta, grauissimum infirmatum famulans decubuit doloris lecto, implorans cum prolatu anime consilium, sacraque Communionis salutare viaticum à Sancto fibi praebeti Benigno: erat enim tunc gradu Sacerdotale facis ornabat actibus.

E 85. S. Patricius autem, reuelante Spiritu sancto non ignorabat, quo faneticum illa laborabat incommodo. Accito itaque discipulo suo, videlicet Benigno, præcepit ut aogram visitaret, & quæ taluti animæ congruebant, illi ministraret. Obsecundans ille Patri spirituali, eius benedictione postulata & recepta, domum decubentis intravit, editoque signo Crucis (sicut moris erat ubique) Patricio domum quilibet ingrediens) omnes infidias latentes inimici, saluti hominum invidentes aut quieti, effugauerunt. Res mira clauruit arte præclaræ & licet inutilata, tamen vilissima. Eleuans oculos puella vidit ingressi, magni statuam valde terribilem, faciemque eius flammearam illud habitatuum atque scipsum intus & exterioris collustrare, Sanctumque Patricium manus suis caput ipsum obumbrare. Ab illâ ergo horâ vlique ad vite terminum, ignem veneratum sensit in carne extinctum, acsi corpus ligneum vel lapideum gestasset, non carneum. Diligebat

A Diligebat deinceps S. Benignum illa sanctimonialis sancto sinceroque amore, seque confitebatur ipsius meritis per S. Patricium a gehennali eripebat ardore. Vnusquisque ergo quod fensit super hoc signo videat, quia vnlusquisque secundum apostolum abundat in suo sensu: ego vero magis admiror, plusque appretior miraculum hic getsum ad animam vivificationem ac regenerationem, quam alicuius in carne mortui resuscitationem.

86 Circuibat S. Patricius Iepius Ultoniam, & perambulabat eam sicutque incolas docens attentius fidem Catholicam, diuerter aliquoties quiescendi gratia cum suo sanctissimo comitatu ad quendam monticulum, non longe sicut à valle, in quo postea confructum est Beachorense cenobium. Confidentes ergo conspicuerunt de colle vallem illam ætheram luce ac multitudine militiae cælestis repletam; auribus nihilominus haudentes Angelicis vocibus prolatam cælestis celestis hymnodiam. Omnes igitur videntes visionem hanc magnam, vnamini deuotione rogarunt S. Patricium, ut in illo loco cælestis facrato ædificaret ecclesiam. Sanctus vero abnuit, sed verbo vaditico illis ait:

B Annorum sexaginta circulo completo, nascetur quidam filius vite. Congallus nomine, quod interpretatur pulcher pignus: erit enim dilectus Deo & hominibus, atque ob innotum meritorumque pulchritudinem prosperè procedet & regnabit cum Christo inter ipsum pignora computandus. Ipse vero in loco luce præstans, ecclesiam Sanctorum ædificabit, in qua innumerata agmina filiorum lucis & vita Christi seruatio mancipanda coadunabit. Omnia horum, quæ S. Patricius prædictit, nec iota vnum incompletum præteriit.

ex quo 55.
Luanus &
Columba-
nus prædi-
re multorum
exemplari
fundatoris.

Tempore vero prophetato natus Comgallus, pro-cessuque annorum & virtutum postea adulter, in loco præfato Beachor nominato, nobilissimum cenobium extruxit, in quo multa milia monachorum perfec-torum per Evangelium Christo genuit & in Christo parturuit. Locus ille sanctus Sanctorum secundus, quasi vitis fructuosis fuituatem odoris, extendit palmites suos vique ad mare, & ultra mare sui propagines quia Hiberniam, Scotiam, Infulaque multas monasterias monachisque perfectis repleuerunt genimina eius, & etiam transmarinas regiones. Sicut enim relatu atque scriptis Sanctorum didicimus, vnis ex filiis Beachorense cenobii, Luanus nomine, centum cenobiorum fundator fuit, Alter vero Columbanus dicitur,

C vir sanctissimus & omnium plenitudine charismatum repletus, multa monasteria fundans & extruens, innumerabilium quasi monachorum Pater extitit; qui prius egregie monasterio Luxouensi in Gallia, deinde Boiensi ultra Alpes præfuit: ubi miraculis multitudinis gloriolus ac præfulgans in pace requiebat: siue que propheta S. Patricij adimpleta clarefecit. De antiqua Beachorense Ecclesiæ nobilitate superfluum videtur in præfenti diffusis propositi, cum luculentus descripseretur in Sanctotum Comgalli actibus primi Abbatis illius loci; & Malachias Pontificis, & Sedis Apostolicae in tota Hibernia Legati.

88 Venit Patricius in partes Aulæ infra fines Mediae, ubi in loco idoneo gratum duxit ecclesiam constuire. Quidam pessimus, Fergus nomine, illi in locis dominatum habuit, qui sancto Praefuli ne propo-situm perficeret posset, impedimento magno fuit. Volens Sanctus Dei duritiam cordis ipsius portius signo quia verbo significare, cum baculo Ietu contra petram figurum Crucis edidit, & continuo petrae superficies in quatuor partes scissa apparuit, Crucisque formam effigiatam in le vique in præfatis exprimit. Homo nihilominus duræ certicis & cordis plusquam faxei, ad penitendum sciendi noluit; sed vxor eius pragnans corde compuncta, postulando veniam ad pedes eius cedidit. Videns S. Patricius hominem in perueritate obdura-tum, vocè prætaga dixit ad eum. Sic te disoluere po-

tuit potentia Dei, si voluisset, etiam ad primum verbum oris mei: sed quoniam nescis, immo credere non AVCTORES
vis, quia patientia Dei ad penitentiam te adducit, secundum cortuum imparentes & duiciam obstinationis thesauris tibi iram, quæ tibi ego appropinquabit: velociter disperdet te Dominus de terra, nullusque de semine tuo in perpetuum dominabitur in terra ista vel prosperabitur in aliâ, excepto solo infante, quæ in vtero gesta vxor tua, quia super illum veniet benedictio mea. Hac autem omnia, ore prolata Patricij, euenerunt patri & proli.

89 Simili quoque intentione, ecclesia videlicet ædificanda, diuerter Christi famulus ad locum famosissimum Vineach nomine. Duo ergo germani, Fiechus & Enda nominati, illis in finibus principabantur: quibus S. Patricius multa bona in prælenti seculo atque futuro, & etiam feminæ illorum, si tibi acquiescerent, pollicebatur. Illi autem non solum à prece & prædicatione Patricij attres auerterunt, verum etiam à loco prædicto violenter ipsum expulerunt. Sanctus molestius impedimentum ecclesie fundande quam sui expulsionem accepit, ipsis & feminis ipsorum iniuste maledictionis lacuum incepit. Secundinus autem discipulus S. Patricij lamentans verbum ex ipsis ore rapiuit, & antequam fine concluderetur deprecando dixit. Obsecro, domine Pater, vt maledictio vestra non sit super homines istos, sed super vicinos loci lapides. Sanctus prius modice lubricuit, & postmodum postulata concilia. Mira res! ab illa die vique in prælensis lapides inter illi nulli strucuntur apud aut viles inueniuntur, quin etiam si forte aliqui ex improviso ædificio implicantur, velociter opus illud ruere seu dissipari dicitur. Nullum etiam ignis calorem naturalem admittunt, nec in aquam missi strepunt, vt moris est lapidibus, faciunt. Vnde & proverbiū apud Hibernicos increbat, vt si quando illi lapsi in ædificio frangitur, de lapidibus Vineach maledictis à S. Patricio, esse dicatur. Enda vero prædictorum fratrum iunior super iniuriam S. Patricio illata penituit, & prouolutus pedibus ipsius veniam poposcit, & postulatam promeruit. Hic nouem filios habuit, quorum ultimum natu, nomine Cormacum, obsequio diuino mancipandum cum totâ nonâ parte sue terra S. Patricio obtulit. Frater vero ipsius Enda, Leogerus dicitus, conuersus ad fidem quindicem villas S. Patricio contulit cum suo nepote, quæ spectant ad ius Ardmaciane Ecclesiæ. S. Patricius baptizauit puerum, educauit, litterisque imbuuit: puer autem etate sapientia & sanctitate creuit; virtutibus, atque miraculis clarus, in Domino requieuit.

90 Quidam regulus, Brendanus a nomine, recente baptizatus, obnoxii deprecabatur S. Patricium, vt quādam mulierem grauidam benedicret quia illius benedictionem ei & soboli profuturam credit. Sanctus eius petitioni annuens manum erexit, sed repente, priusquam verbum benedictionis aut signum Crucis ederet, eandem retraxit: scilicet enim, spiritu reuelante sibi, concepit illam de semine Coirbre, in quem sentienteraverat, & de eius successione nullum regnaturum ipse prædixerat. Cur autem Sanctus hoc fecerat, homo mirabatur; sed ei vir Dei mysterium intimare causamque non cunctabatur. Infibat homo postulans attentius, vt vel aliquo modo illam benedicere, & quæ ventura erant soboli, prædicere dignaretur. Praeful sanctissimus Patricius illam elevata dextrâ benedit, & ait: Infantulus, quem gestas in vtero, non regnabit: quoniam verba, quod locutus sum in nomine Domini super Coirbre & sentien eius, fixum stabit: sed tamen vnu de optimatibus terræ, Regi regnoque pernecestatris erit. Quod vt Sanctus prædictus indubitanter euenit.

91 Magni vir meriti Mel supra memoratus, qui cum Fratribus suis, viris sanctissimis, Munio & Riocho de Biriam in Hiberniam aduenit, ab ipso S. Patricio

Mal'ki-
tane, quæ
seruandi e-
rare subju-
mari,

E

in lapides
declinas &
redit ad
omne vnum
innocentes.

Pennireis
Enda filii
Cormacum
baptizatus;

in a/s euua
Habuit illa
facere.

S. Mel &
S. Luvira
affectionem
moxia cu-
mulus

A tricio in Pontificalem gradum promotus, ipsi in prædicatione coadiutor extitit. His ex proprio labore manuum suarum, more Pauli Apostoli, ibiduit victor, & quod et à diutibus datum fuerat, solebat egenis erogare. Cum isto beato viro, vt pote nepote suo, commanebat in vñ domo, modò primiuit Ecclesiæ, S. Lupita foror Patricij, vt eius verbo & exemplo proficere posset in exercitio diuinæ obsequi. Euoluto verò aliquanto tempore, cum sanctus Sacerdos iuxta morem mediâ nocte surgeret ad confitendum Domino, sancta illa faszina solebat se ad soporandum collare, pelibulque cooperire in facetiæ Praefulsi lecto. Nihil sinistra suspicitionis ex hoc facto fingi suppicatur, quia ex conscientia propria puritate aliorum mentes metiebatur. Comperiens confuetudinem mulieris quipiam, nefandam fore, familiaritatem ipsius cum Episcopo denotabat, denotaram in vulgo disseminabat & quoniam infamia dilatandæ iam linguis vulgi referata patuit, res latere Patricium diutius non portuit. S. Patricius, si sic res te haberet, evidentiâ volunti experiri: concurrit gressus ad habitaculum praefati Episcopi.

*cordis S. Patricio pars
gauis per
miracula:*

92 S. Mel melius arbitrabatur innocentiam suam probare signo quām iuramentos arant taliorem in quadam colle, pilæ magnos & multos cepit ex vomere in fisco, ipso etiam vidente Patricio. Talice enim captiō obtulit Sancto Dei, quasi pro miraculo, ut nulla suspicione remaneret in cordibus hoc videntium, dum tale signum fieri non soleat ab incepsuofo. Soror etiam S. Patricij, collectam vestem in gremio viuis carbombis impletus, quos sufficienter portans, & excutientis in conspectu fratris, absque vlo vſtulationis aut Iezionis signo, immoxiam se comprobavat. S. Patricius innocentiam signis tam evidentibus probat approbans, illos mundos & immunes pronuntiavit: atamen, quod ipsi aliisque multa salubres fore, palam edicere curavit. In primis ergo Episcopum conuenies admonuit, vt in terra araret, in aquâ, verò pifareetur, ne tentare Dominum Deum suum videretur. Deinde ne gloriari præsumeret in aliquo miraculo ex diuinâ gratia in le parato. Denique lanxius Sanctus, vt à misericordiis viri sequestrarentur, & vtrique sexui adiuncta, & oratoria diuina confundirentur. Sic profecto, vt ait idem Patricius, nomen Dei per eos inter gentes, quibus illo predicabant, non blasphemaretur; nec infirmis scandali occasio vilâ in casu tali, vel detrahendi materia tribueretur. Quod ergo S. Patricius edixit & statuit, obseruari fecit.

*qui tam
plana se
mostrat
à Clericis se
quuntur
dat.*

C 93 Quadam vice S. Patricius quatuor Virgines stantes super lapidem vnum velutum, cœcerasit, Sponsoque caelesti desponsauit. Res autem apparuit mira & valde inusitata. Virginum Deo dedicatarum lapidi duro imprefta vñque in prælens apparent vñficiavit cons̄ elarefat, quod benevolentis Patricij precatio sive prædicatio penetrante posuit emollientio pectora, etiam faxa. Datur nihilominus nobis hac in re intelligere, quod mundum contempnentes ob amorem Christi, debeatem viae duras cœscere: vt ad eum, cui se probauerunt possint peruenire. Vocabatur locus in quo consecratae fuerunt b' Teda, vbi illi Dominus feriturus adificabat ecclesia, qua pertinet hodie ad ius Metropolitanæ Sedis in Ardmacchâ. Venit S. Patricius causâ transeundi ad quoddam prægrande flumen, inter Midian & Connachtiam sicut Symian nominis quod cunctis, exceptis naufragiis, semper fuit intraalimeabile. Diu nadigium quæsiuit, nec inuenit. Oravit igitur ad Dominum, qui quondam in mari fecit viam, & in profundis fennitum posuit: moxque in medio fluminis terra diuina rotu eleuata Sancto Dei sociisque illius transflutum liberum fecit & præbuit. Ut autem ri- pam fluminis attigerunt, suriga Sancti defungitursibi que adificata est ecclesia, que ad ius Ardmacchane Ecclesiæ spectare dignoscitur. In illo loco, vbi à magis in-

ductas tenebras S. Patricius orando dimovit, extri- D
etæ est ecclesia; in qua quendam de suis Clericis Ail- edd indi-
ueum dictum, ad gradum Sacerdotalem, quatenus ini- cane alta-
bi ministraret, promovit. Ordinatus Presbyter con- re & qua-
questus est S. Patricio, quod libi decessit necessaria Sacerdotiali ministerio: Sanctus diuinis instrutus, pertinens
indicauit Presbytero quoddam altare mirandi operis, in habens in quatuor angulis quatuor calices virtuos, in specu subterranei; & ne forte frangerentur, præcepit ei, cautius effodere, humumque egerere. Fecit Presbyter, sicut Praeful præcepit, & omnia sicut dixi reperit. A quibus autem personis illud altare factum fuerat, aut cum calicibus ibi repositum, nobis adhuc extat incognitum. Quidam verò opinantur, omnia illa fusile Palladij Episcopi sive sutorum eius, quæ reliqua sunt ibi post discessum eius.

a Colzano videtur Brondanus traxisse pro Manis, qui scilicet
ren ego dicitur in Tripartite in favorem uxoris Corbri. Sed pro-
phetiam evenientes planè docevi cuius non de disterâ personâ fusile cre-
damus, maximè eas ait quaque circuallatione variorum i
b' Reitius & integræ scribere ut. Tegulae hinc domus puel-
laria.

CAPVT XII.

*Alfinnia eretæ: res in ea diæceji gestæ. De
SS. Episcopis Munis & Fiecho.*

94 V lumen est viro. Dei in quodam campo ecclæ- Daburcæ-
siam adficare, in quâ posset populum acqui- cibus aurâ
sitionis Deo aggregare: huius rei gratia petuit à po- reperto aurâ
fatore fundi præparari sibi locum illum, repremit- in seforâ
ter illi portionem in terrâ viuentium. Homo autem pre loco et-
ille magis affectus artibus promissam fibi pro nihil olyga.
habuit terram desiderabilem, quin potius pro pretio posculam aurum, cuius nimis execrandam tamem fu-
stinebar. Sanctus autem in præfecti respondit se non habere, sed totum, quod habuit, in eccliarum adiun-
cia vel necessaria pauperum expendisse. Sed cum ho-
mo precenti Pontifici nullatenus afflent, ad effor-
sum euiludam porci, prece prælibata, perrexit ibi-
que tantum aurum, quantum exigebatur, inuenientium
pro commutatione terræ dedit. Erat & alter vicini-
us, habens agrum illi terræ collinatorem, quam cõ-
paruit, quem Sanctus ecclæzie præfate conferri sup-
pliciter flagitabat. Quo respondente familiâ veris
prioris, iterum int ad efforsum porci, reperiit aurum
æquilibre priori, quod homini pro comparatione E
agri tribuit. Hoc iam tertio manifestauit S. Patricio
Dominus in terrâ, porcorum naribus euilcerat, fæmel
pro sui reditum, bi in hoc loco pro diuâ tan-
dændæ ecclesiæ. Postea posterior fratrum Ono no-
mine, corde compunctis, aurum fundo Dei non fo-
min redidit, verum etiam dominum suum, prædia, &
substantiam ad fundandam ecclæiam & adificandam
conutile. Locus autem Elfind vocatur, in quo hodie,
Sedes Episcopalis habetur.

95 B. Patricius verò quendam discipulum suum nomine Alycum, habitu acutu monachum, in Episcopum consecravit, & Ecclesiæ præfate præcepit: ipse vero adimonente S. Patricio in ecclæia Sedis sue, col-
legium monachorum egregium introduxit, cui regendo ture Abbatii præfut. His quodam vice, dum ve-
rum assertiū dicere debuit, delinquens lingue lubri-
co mendacium protulit. In se vero reuulsus, poitea nra-
uit seipsum contra faciem suam: ex magna penitentiâ
amaritudine elongauit se, & fugiens à facie homi-
num, manit in solitudine, ibique septem annis degens,
à nullo viuis est homo. Monachi verò illius diu que-
rentes eum: expleto septennio in cuiusdam concavo
vali ipsum reperuerunt, à locoquo extrahere ad ec-
clesiam suam, tamquam sponsum sponse fuit in gre-
num

*Terra ele-
vata in
profundo flu-
mous facit
Patricio
transversi
expansum.*

*5. Affinis
ordinariorum
Episcopos &
Abbatias,*

*mira peni-
tencia ex-
pus medie-
cium.*

A mōu redūcēte violenter voluerunt. Episcopus illis nullatenus acquieuit, indignum se iudicans ad officium Pontificale vterius exercendum, de cuius ore mendacium processit spontaneum, quod faci Canones definiunt esse sacrilegium in lingua Sacerdotum. Quā in te penitendum est, quantum poenitere debeant in gravissima criminā lapſi de suis magnis excessibus, si tam stricte de solo mendacio poenitū & latitescit iste Sanctus. O quanti corda gerunt ad peccato resistendum lutea, ad poenitendum verò faxea! Multi namque homines flagitosi, scelerati, abominabiles in vita suā (quod abique dolore dici non debet) animarum regimini se ingerunt, & manibus inquinatis alienas fordes diluer appetunt, funibus etiam mortaliū criminum confricti ceteros ligatos foltere gliscunt & quozum desiderium dum diuino iudicio adimpleret, multo peiores sunt, quam antea fuſſe noſcitur. Sub regimine namque constituti de foliis propriis reatibus posſunt poenitere atque satisfacere; in fede pastorali poti, de singulorū ſibi commiſſorum excessibus retinent rationem reddere. Quia ergo verba Sacerdotum aut vera fuit aut sacrilega, horrendum iudicium est illis Sacerdotibus ceteriq; Praelatis Ecclesiæ, quo-

B rum mendacij aliudius aut perjurii inquinatur lingua. Hæc quasi per digeffum diximus, vt non ſolum flagitia & facinora, led etiam mendacia, quam fuit vianda cunctis Chrifticis, & maximè Paſtoribus animarum, oſtenderemus. Nunc verò ad hitorū ſacerdotium redeamus. Monachi enim ſupradicti nolentes à S. Afyco ſeparari, vique ad extum viue illius ibidem manierunt; coeq; ſepulcro, monasteriorū adiuentes illi, in laicitate & iuſtitia Domino feruerunt. S. Patricius quod Sp̄itu ſanctō ſibi reuelante de vtroque fratre didic, viisque minime tacendū duxit. Prædicti priori dominationem illius terra illum cum ſentī ſuo in breui amiflurum, qui manmona Chriftō, & ſuā petitioni præpoluit aurum. Iuniori multa bona predixit ob deuotionem animi ſuī ſibi euentura, & quid coadiutor Regum in terra erit, optimique ſaſerdotes Dei nacerentur eius de ſirpe ſanctā. Omnia illa, que ſanctus propheticō protulit affatu, nullatenus fruſtrata fuit ab effectu.

96 Prædicabat quadam vice S. Patricius genitiliis, ipſoſque inſtruendo & baptizando illo in loco demorabatur diutius. Benignus autem Sancti diſcipulus aliquantulum ſerebat moleſtī moram illam tantam illi in partibus. Sanctus autem dixit, ſe nolle de locis illis egredi, antequam ad ſe veniret de remotis partibus diſcipuli ſuī & alium. Altera die cernebatur cælum nigrefere, ventoque velementi commoueri & con-

C cuti mare. S. Patricius verò obnubilata facie moſitius, ſuī ſecum manentibus indicavit, filios fuos in Chriftō genitos, nauigio tendentes grauamen ingens perpeti, ſequere multum afflictis, & maximè pueru lo, filio Erchi, alumno eius ſupramodū formidanti, dicebat compati. Afferentibus illis non poſſe nauem ferre tantam tempeſtatem, vir ſanctus instantiā ſe conuerit ad orationem. Interruo modo faſto, cunctis qui praefertis erant audientibus, imperauit ventis & mari, quatenus quiescerent à feruore ſuo in virtute Dei ſuī. Ores ſtupenda & admiratione digna l continuo ceſſauit ventus, ſiluit fretum, pacabatur procella, & facta est tranquillitas magna. Eādem die memorati Fratres proprie fatis applicuerunt, & qualiter elementis prius in ſuī periculam verſis, ſed inopinato modo pacatis, potentiſſimam preceem Patricij Patris ſuī ſint experti, coram cunctis retulerunt. Alio quoque tempore iudeam Fratres, gratia viuitandi S. Patricium, viam capabant itinere pedefieri per arenosa loca littoris maximū, ut venirent ad ipsum. Quenque ſimil pergerent & incedentes fermocinarentur, ecce maris accellus illos circumclusit, ſpemque euadendi adimis cunctis formidinem mortis inculcit. S. Patricius verò diuinitus eductus an-

gustias aduentantium agnotit, agnitanque diſcipulis D præſentibus indicans, te compati tribulatis dixit. De AVCTORI
inde prece præmisa, præcepit potenti virtute verborum, in nomine Domini Dei ſuī rheumatū maris, vt quantocytus recederet, ac filii ſuis te viſitabitibus liberum trahitum & quietum exhiberet. Obediuit continuo mare voci viri Dei, & receſſit: ſicque cœlus ille Fratum Iatabundus & laudans Deum ad Patrium pertinet, & ſuper tanto miraculo narrato cunctorum audiencent corda in laudem Dei, mirabilia in Sanctis suis operantis, refoluit.

97 Quodam tempore, nauigatione necessariā completā, S. Patricius cum ſuis viris religiosis applicuit, & egressus ad aridam fortuō caſa cucullans fuam in litore reliquit. Appalū Sancti, ſedentes de celeſtibus ad inuicem contulerunt, & mutua collationis confolatoria ſe reficerunt: mare verò more ſolito, aſcendens arena ſuperficie cooperuit, & ve Praefatis cucullam ad te traheat, & alportaret, prop̄punt. Hoc Sanctus intuens, interdixit maris rheumatū, ne tangeret aut tolleret illam, in eius nomine, qui potestate habet in celo & in terrā, in mari & in omnibus abyſſis. Res mirabilis profluviū implendo totum locum, confuetum ei ſpatium occupauit: ſolus locum illum, in quo culta continebat, intactum dimiuit. Post fieri autem reſtuum recellum, deferit ſibi cucullam fecit, omnemque qui aderant, lignum illud in Dei laudem & Patrii venerationem excitauit. De cetero cuncti promptiores ad obedientium illi fuerunt, qui mutum elementum eius imperijs obtemperare conſpererunt.

Quidam vice, cum S. Patricius conſecraret duas Virgines in campo ito in finibus Cregri, quoddam velum destinatum cælitus cecidit in gremio Patrii: quod Sanctus ſuſcipiens ſumma cum deuotione, Virginis conſecrate posterius illud obeuit: ſed illa tali munere, tam ſancto eulogio indignata, ne iudicans, Iancito Antifti dixit: Quoniam itudatum optimum, donumque perfeccum defendens a Patre luminum, mihi pecatrici malfum non eſt, congruum arbitror ut ipſe habeas, cui delatum; aut conteras alteri, que me melius eſt. Applaudens Sanctus Virginis humilitati; impoſuit velum illud illius capi, præcipiens vt illud gestaret iugiter, donec introduceceretur in thalamum ſponſi. Virgo præcepto Pontificis acquieuit, ſanctaque viuens laetitissimo fine in Domino requieuit.

98 S. Patricius ſanctā conſuetudine ductus, quemdam leprofum ſecum detinebat, cui cum magnā deuotione cuncta pro Chriftō neceſſaria ministrabat. Cerca manibus proprijs lauit, vtrumque ipſius hominem, competenti culibet cibo reficeret conſuevit. Leprorum enim corporali ſollicitate penitus perditā, ſaluti anime omnibus modis inuigilare studuit, orationi iugiter incumbere, in omnibus agere ſemper Deo gratias. Cū autem lepræ ſquallore ſucciliis, feorem commandantibus ingereret, timuit ne etiam effet horror, ac clāre & humiliſer à confortio ceterorum fecellit, & in quadam arbore concavā fortuō inuenit ſolitarius ſecum habuit. Dum enim ſolus ſederet, intuens quendam pratererem, illum ad ſe acceſſuit, & cuius effet profectiſſionis inquiuit. Quo rereſpondet Chriftianum fe eſſe; præcabat virum, vt ob eius aſtem, in quem crediuit, non pigraret, ad proximum accedere iuncosum locum, & de iuncta ibidem radicius euilis effere ſibi fasciculum. Ad petentis igitur, vel potius adiurantis vocem pergerat ad locum homo, iuncum extirpauit, & confeſſum perpiciuons erupt: faciem autem de iuncto ad leprofum attulit, & de noui fontis ſcarifigine, quod accidit, retulit. Ille gratias & laudes Deo reddidit, deinde homini dixit: Noueris, frater cariſſime, quod Dominus noſter Iesu Chriftus huc te addixit, vt in fontis illius aqua corpus meum ablutas, & in eo loco ſepelias. His dictis oculos ac manus in cælum leuans, expirauit: corporu-

Volumen I.
Parte III.
Vergilius apud
concerata
impone.

& mori-
pla mira-
culo homi-
flatus

A que illius praefatus vir in fonte dáluit, nullumque lepro
vestigium in eo videns, sed fanum illum reperit ibi
denuo sepulcrum tradidit & discessit. Eiusmodi aliquantus
diébus S. Munis, multarum Reliquiarum Sanctorum
deutous bábulus, de Róma reverebatur, & necclesiae
coactus in loco prædicto de noscere morabatur. Sub
noctis autem silentio vidit lucem magnam circumfun-
dere locum istum,<sup>deinde Episcopum Sle-
petum Sla-
petum et
flanum.</sup> Angelos placentes audiuit ex-
bias agere vique manè circa tumulata sepulcrum.^a Hęc
omnia narravit illi S. Patricio, dicens se velle amouere
corpus illud fanum à loco illo deferto. S. Patricius
prohibuit hoc fieri, prædicens ibidem habitaturum
quendam filium vite, nondum natum Kieranum no-
mine, qui locum illum repleret præclaro Sanctorum
agmine, & corpus illud fanum multo sublimaret ho-
nore. Quod enim prædictum, procello temporis euenit
est enim locus ille inter Midian & Connachtiam, in
qua sita est civitas Cluanensis, in quā habetur hodie
Sedes Episcopalis.

In gratiam
S. Munis
**sua quies-
timus**

B 99. S. Munis memoratus de Romā reuersus, ex
itineris longi fatigatio faltidus vitum vterius itine-
randi, precabatur S. Patricium, vt, sicut fratribus suis
ecclésias habentibus requiem proutdilecti sibi procurat-
ret locum habitacionis contemplationi congruum. Sá-
etis igitur Patricius illum, licet interna quietis dile-
ctorem, faluti tamen plurimorum profuturum leonis,
obtulit illi locum aptum & optimum, dicens: Ecce
collis, ecce vallis; adiusta & inhabita, ubi gratis videa-
tur oculus tuus: illud autem fecit, quod in valle ha-
bitauerit, plures ad Dominum animas perducere pos-
sunt: si autem in colle manterit pauciores acquires, ob-
vanitates & amoenitates oculis obiciendas, & alias
causulas casuifas quampubes. Præmonitus & præmu-
nitus Munis à Spiritu sancto, respondebat fertur S. Pa-
tricio: Non conqueror de colle seu de valle: sed de
stagnō proximō, quoniam inibi regali exsuffi habitat-
tio: crebra namque aulicorum aliorumque fœcularium
frequentatio fieri mihi molesta, mentisque mea fabba-
to ingarent impedimenta. Confirmans illum S. Patri-
cius afferuit, facile fore Deo huic molestia medieret;
cedenque paululum preces deuotus & efficaces effu-
dit in conspectu Dei. Nostre igitur sequenti, stagnum
illud cum habitaculis & habitatis in eo tam remorē
transfluit Dominus, vt nullam molestiam aut grau-
men inde suslimeret feruus eius. Sanctus enim Munis
manens illuc ecclesiā extixit, cui S. Patricius de Re-
liquijs Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli & a-
liorum Sanctorum perplurim, ac insignia quadam ad
ecclæsticū ministerium necessaria dedit. Ipse po-
ste, licet iniuitus, virtutibus clarecentibus, ad officij
Pontificis promotus fatigium, signis etiam coruicas
multis, migravit tandem ad Dominum.

S. Fiechus
baptizans,

L. Tim. 5:2

100. Fuit quidam iunius bene merigeratus, in-
genio subtilis, eloquentia floridus, formâ speciosus
Fiechus nomine, discipulus Dubhachti poëta. Hic
ante paucos annos duxit in matrimonium quandam
puellam, quia iam recenter obierat, de qua & vniuersum
filium suscepit. Hunc S. Patricius cum magistro
suo præmonito coniunctam obuium habuit, & in
momento & iusto oculi, Spiritu revelante, ipsius con-
scientiam agnoscens coram cunctis dixit: Ecce vir
vniuersus virorū tantum, qui secundum Apostolum dignè
promoueri poterit in Sacerdotium & etiam Pontificatum.
Cepit igitur fidei rationem ipsi expondere, atque
vt baptiſtum suscepit, adiunctor. Mirabatur iuuen-
tus in verbis gratia, quæ procedebant de ore S. Patri-
cij, & maximè quia tam citè potuit ab ipso penetrari
secretum eius, ac vita dignoici. Credens igitur suscep-
pit baptiſtum, & prius renitens diu magistro, sed
postmodum annuente, discipulatus sancti Pontificis se
consulit. Sanctus autem illum benedixit, & Alphabetum
manu sua scriptum tradidit ei. Ipse vero benedi-
ctione S. Patricij potitus, in vñ die Psalterium didi-

cit, & infra breve temporis spatium inspirante Spiritu D
sapientia & intellectus, facias Scripturas sufficienter
intellexit. Nulla namque ad discordum mora est, vbi
Spiritus sanctus Doctor adest S. Patricius ad Ecclesiæ
sticos gradu illum promovit, & in singulis dignè mi-
nistranteri, tandem Episcopum consecratum Slepten-
fi Ecclesiæ præcicit. Ipse vero vita, doctrinæ, miracu-
lis conspicuus apparuit, & Angelico edictus oraculo,
suscipiens habitum monachalem, in episcopali Sede
conobium monachorum egregium adiubauit.

101. B. Patricius S. Fiecho quendam currum di-
xit destinandum, & quod infirmitate gravis itine-
re pedestri non potuit dicecum suam visitare, atque
Pontificis officium exercere: attenuatus enim erat
abstinentia nimia, insipitur & in coxa fistulæ laborabat
nolefia. Cernens hoc S. Secundinus, humanum
quid passus, ægri tulerit, currumque sibi iustus quām
ili dandū alferuit. Pater plus in oleastrum illum in-
telligens, illi satisfacere satagit potius signo quam ser-
mone, dicens: Non graciari, frater carissime, super
munulculo confratri & Coepiscopo nostro dando, ne
detur occasio nos fugiandi diabolo: quia plus frater
ille, quālibet non tuus indiget vehiculo. Sed no-
stro ne videamus errasse iudeo, huius rei difficilio
examina relinquatur Angelico. Angelus enim appa-
rens utriusque ad pectem S. Patricij, suppositis equis
currum iungi, & abique aurigia dimitti iulie, & spud
quemcumque subtilissim & mansuetissim equi vereda-
sii, currum ei conferendum censuit. Factum est autem
ut Angelus imperauit, currumque Sanctus iungi fe-
cit: qui vero nemine regente per loca inuia & ione-
ra distorta, primò ad habitaculum ipsius Secundini ve-
perè deuenerunt, disiuncti ad pacuam dimissi fue-
runt. Faedo autem manè, nemine iungente, currui
subiugari sunt, similique modo ad alterius Sancti man-
sionem pertingentes, ibidem pernoctaverunt. Tertio
tandem die versus S. Fiechum appropinquantur &
steterunt, & quod ad ipsum destinati fuerant, euidenter
intelligi dederunt. Non tamen Sanctus ille voluit
currum illum ascendere, antequam Angelus ipsum
certificaret de misso sibi manere. Aliò vice hoc idem
miraculum eodem modo est iteratum de duobus equis
a S. Patricio ipsi S. Fiecho destinatis, curruque ipsius
subiugandis.

102. Angelus alia vice præcepit præfato Fiecho
trans flumen adiudicare monasterium, linguis cadiuis
proprium & congruum aliqñs locum: vbi sibi aperte
apparuit, rete oratorium; & vbi cernebat certum, illuc
extrire iussit oratorium. Respondit Sanctus Angelo, F
si nullatenus tale quid inchoaturum, nisi S. Patricius
Pater & Pastor suis adueniens approbat opus iniun-
ctum. Non displicuit verbum Angelo Domini, quia
scitur in ipso affectum dilectionis & obedientie, quam
habuit in Christo erga virum Dei. Transtulit igitur
aliquanteis diebus, Angelo mente, Patricius Fiecho
sui presentium exhibuit, & in illo loco qui dicitur For-
rach extrixerunt cœnobium iuxta exemplar, quod
Angelus illis præstendit. Ipse vero S. Fiechus in hoc
monasterio Abbas vice prefuit, & Episcopale nihil-
minus officium plene in diœcesi sua exercuit. Confuse-
vit idem Antistes fngulis annis in capite ieiuniū de cœ-
nobio solus egredi, allatissime quinque panibus hor-
deaceis, cineribus mixtis, secum ad fui lūstinationem,
in secessori eremo toto illo facto tempore demorari.
In Dominicā vero Palmarum, aut aliquoties in Cenā miraque
Domini, solebat ad officium peragendum suum, ad
reverti, secum adhuc dimidium panis vniuers habens
incomitum. Sexaginta etiam Sanetos ad Deum præ-
misit quos ipse sequens, Slepti fepultus fuit. Filius au-
tem eius superioris memoratus, Iceniensis, & fanciitate
parvulus; & alibi gradum episcopalem fortius, in
Domino, requieuit.

A 2. Forte quid dereliquisti à S. Mense in eis arboris relatu alibi dicitur, nra mīj de huius lēprosi corpore macilendum est, sicut alij ad reliquias Romā allatae hoc in austriacis.

C A P V T . X I I I .

Patricio resistentes seuerè castigantur.

S. Patricius
de Caire
gios proprie
tar:

103 **S** Anctissimo Patricio, prædicationi diuinī verbi viriliter insitenti, quidam viri armati de Caligraja occurrerunt, ipsorumque Angelum pacis violenter de finibus suis expulerunt. Vir autem Dei quod de illis in spiritu vidit, tacendum minime iudicavit: Quia, inquit, contra inermes arma tulisis, & annuntiantem vobis pacem, prædicantem salutem, à finibus vestris effugatis, vos & semen vestrum in die belli terga dabatis. Illi autem hoc audientes a facie gladij oris eius valde timuerunt, & super temeritate illi penitentes, flexis genibus ante Sanctūm Dei lacrymolis precibus omnes, exceptis quinque, indulgeri tibi petierunt. Sanctus parumper fecum deliberabat, iterumque ad illos verbo prælago dicebat: Stabite verbum fixum, quod Spiritu sancto dictante de vobis & semine vestro de ore meo est egreditus: attamen quoniam ex corde penituitis, licet in fuga converti fueritis, non ultra quinarius numerum in alicuius disterim prælii occubent ex vobis. Hoc S. Patricij vaticinium narrant Hibisci cœribus experimentis esse completum.

veneratis
caesari
currit inla
pides:

104. Quidam pelini & maligni degentes in terra Ferriis vitam S. Patricij molientes extinguiere, recentes calicos veneno infectos obtulerunt illi, quasi pro benedictione. Quos sibi Sanctus oblatos benedixit, & statim in admirationem molitorum, & Dei laudationem ac suumeter veneracionem, atque beneficiorum ignoroniam in lapides convertit. Marent visque in præfens illi lapides in loco patrati miraculi, & Patricij meritum predican etiam muti, quia sic mutati. Idem vero venefici, sua machinamenta videntes ad Sancti profectisse gloriam & suam confusione, adunaverunt ex suis quisquaginta viros armatos, ad sanguinis iusti effusionem. Conglobati ergo aduersus Pontificem, ingessi sum vadum cuiusdam fluuij, Iesus cuius ripam itinerans in occursum illorum adueniebat vir Dei: quotum vultus vt vidit, eorum cogitationes intellexit, & cleuans sinistram manum contra illos, clara voce dixit: Non vos ad nos venietis, nec ad vobis reuertimini sed in aqua ista cadavera vestrâ maneabunt visque ad diem iudicij. Luxta verbum autem viri Dei lententiantis, statim submersi sunt quali plumbum in aquis vehementibus: nec visque adhuc illorum corpora, licet multam diuque quasita, inventa sunt a viuentibus. Hoc egit ex centuriâ diuinâ aqua in isto quinquage-nario conspirante in necem S. Patricij, quod ignis caelestis in duobus superbris quinquaginta annis à Rege Achab misis ad Heliam Prophetam. Locus enim, quo aqua fuit suffocati, vocatur vadum submersorum vel que in hunc diem.

infidiles
sunt qua
guaginta
dimergi:

105. Quidam tenebratum filii in campo Liffe vocabulo, fecerunt foucas profundas per loca varia publicæ lemista, quas operuerunt ramusculis, & viridi cespite, vt Sanctus itinerans in eas improuisè incideret. Quædam verò puella præparatas infidias intellexit, quia viro Dei, quatenus se cante cauendo custodiaret ab illis, indicare curauit. Sanctus in Domino confidens, iusti suis eis cœscendere, datique bene dicitione pertransiuit cum suis inoficio pede. Fragilis namque herba arcta tenuis, quasi terra solida, equitantes supra se sustinabant: quia sacer equitatus ille, in cordibus & corporibus suis omnia portantem portabat. Dexterram deinde Dei Sacerdos præfata paullam ad ipsius patrem, vt illum adduceret ad sui præsentium ob percipiendam animas salutem. Fecit virgo vt Sanctus imperauit, patremque suum in conspicuus eius præsen-

tauit. Sancto verò prædicante verbum Dei, homo cre- didit, ipsiunque, cum decen filijs & tribus filiabus, Patricius baptizauit & baptizatas verò Virgines, velamine sacro tradito, Domino conseruant: & ex filiis eius quinque forte felices florentesque in teculo, & alios quinque prius in clericali gradu, postea in habitu monachali fanæ vieturos ac defuncturos ore præfigo pronuntiauit. Prædixit etiam illis, qui foucas infidiosè sibi ac suis parauerant, quod ipsi & lemen eorum viam sustentando transfigerent, in terra iugiter effodiendo, & eos secundum Scripturam apprehenderet, velut aqua, inopia. Hac autem omnia, que Sanctus prædictis, rerum eventus probauit.

106. Venit S. Patricius ad pagum quedam infra insulam Incheene, & inuenit locum construenda ecclæsiæ idoneum; quam cum inchoaserit, multitudo rufiscorū de pago prorupit, & opus incepit impeditum. Sanctus autem repletus spiritu propheticæ prædixit illis veridicā vocē: Quoniam mihi, ne possem adificare domum Domino Deo meo, impedimento & obicitum est, fumus non egreditur de dominis generationis vestra in isto loco consummatis. Hoc autem S. Patricij dictum oculata fides visque in præfensi probat clēse verisimum. Multi enim multoties cœperunt domos adificare illic, sed ob ingentes importunitates numquā illas potuerunt consummare. Quidam praus atque perterus, potens in iniuritate, Oengus dicitus, S. Patricij ecclesiā adificare volentem in loco congruo, prohibendo impeditum: cui S. Patricius iurans per iudicem suum, inō prophetans dixit: Erit in brevi domus tua destruēta, & substancia tua dissipata, filij quoque tui ex protasis lumbis tuis egredi, ex maiori parte tesi mutuo fratricidio feedabunt: ceteri superstitiæ nunquam aliecius dignitatis seu potestatis tafigiū obtinebunt sed visque ad diem mortis sue vagi & profugi super terram erunt. Hoc autem S. Patricij præfagium complectum, descriptæ miseria viro prædicto filiisque illius inflictæ probavit experimentum.

107. Præpotens quidam in allodium proprio, cū ecclæsiā adificandam prædijs & possessoribus locupletaret: cui regendæ quedam de suis aptum ad luctandas auinas S. Patricius præponere solebat; reflebat homo dicens, sc̄ de suis Clericum habere, quem ecclæsiæ fuit voluit præficer. Sanctus indignus dicens ad præfens pro hac re contentiose agere, recessit ab homine. In crastinum adduxit homo ad S. Patricium filium suum, volens vt illum consecraret in Episcopum, ecclæsiæ præficiendam: & quia Sanctus à suis auiliis, in locis secretioribus orationibus & studijs intendebat, diuertens homo ab eo, duos Episcopos ex discipulis Sancti alibi constitutos adiit, & super consecratione filij sui conuenit. Vnus verò illorum hominum petitioni non acquiescens, nil tale fine consenserit vel precepto. S. Patricij te velle attendere respondit: sed alter te preece seu pretio prædictus, quod petebat facere præsumptus. Quo comperto, S. Patricius præsumptum plectens percutione penitentia fatis alperz, prædixit etiam illum penitam panis perperulum omni tempore vita sua. Afferuit etiam Episcopum taliter confraterum depositione dignum & deliciabilem, & Ecclesiæ eius pauperissima fore, ita vt a duobus hominibus sibi viu inferentibus, se non possit defendere. Quod ergo Sanctus prædixit, irreuocabiliter eueniit. Quia in re sapiens quicunque commoneatur, ne cœcatus ambitione famile quiddam attenteat præsumat.

108. Quidam cœcitatæ diuinâ damnatus, Dominaldus dicitus, audiens prætereuntem S. Patricium, illi se præbuit obuium, confidens per illum se lumen defideratum adepturum: & quia palpebra non præcedebant gressus eius, nec lumen oculorum erat secum, currens & occursens cadebat: resurgebat, autem nec fuit, qui ad manu traheret illum. Cernens illum qui-

AVTORE
TOSCELINO

Iob 17,26

obſtaculū
fūi male
dictis.

Aperta pu
nus Epis
copi præf
picio con
secrati &
conscripta
tio.

Dmnsbll
ca eis in
Clericos
triorum
magistrorum
translata.

A dam Clericus de comitatu S. Patricij corruisse, rist
AVCTORE & deriluit infortunium cadentis cæci. Quod factum cō-
tectus periens S. Patricius indigna tulit, & ne quis in discri-
pulatu eius tale quid amplius prælumeret, eis vec-
tudinam verbo vindictæque verbete coēreens, dixit: A-
men dico tibi, quia in nomine Dei mei huius hominis
oculi caligine clausi apertientur, tuique obterus aperti
ad malum, concitantes cachinnum, cœritate clauden-
tur. Hæc dicimus imprelio igno Crucis, à cæco tene-
bras absterfit, & malevidi excitare incutit. Quo in facto illud facræ Scripturæ Saluatoris ore prolatum
adimpletur. Vt non videtur videtur, & qui videtur cæ-
ci fiunt. Eodem etiam die, diuinâ virtute tres claudos
opem flagitantes exire, & iuxta Prophetice vatici-
nium, sicut cœros exilientes, & exultantes ad curren-
dum viam illos effecit.

109 Malefici numero nouem S. Patricio præco-
ni vita mortem machinantes, monachos ministrisque
iustitiae scelere simulauerunt, & vt Sanctum, in habitu
confimili constitutum facilius possent de medio tolle-
re, candidas cueillas induerunt. Imitati sunt nimis rūm
tehenerarum Principem, præceporem iuuu Angelum
Sathanæ, qui se transfigurit in Angelum lucis, cui fre-
quenter in actibus & artibus suis exhibuerunt obfe-
quium seruitur. Perpendens vir illustris amicus san-
cti Præfatis Enda vocatus, insidias impiorum, ob San-
cti defensionem filium suum, nomine Conallum, immisit ut malefici illi præcipiens vi illorum cassaret
conatum, & a viro Dei aceret acculum. Filius autem
fecit quod pater insinuata & inter filios noctis filius
lucis fecit. Agnouit denique S. Patricius diuinitus e-
doctus coruus sub pennis columba, lupoisque latian-
tes sub noctu vellere; sub cueillis sicas ad latus de-
pendere: sciebat nihilominus Æthiopem mutare non
posse pelle suam, quarmus byslo conteatamque mag-
gos illos velle defere malitiam immediatam, eti cu-
eillis candidatam. Prius ergo signo Crucis, vindique
se muniri, ac illud contra inimicos Crucis Christi op-
potuit. Miro itaque modo ignis de celo descendens,
in conœpitu omnium maleficorum confundit stantem
Conallum inter illos tam indennem à lafione ignis,
quam immunem à prauitatem confitui reliquit. Crux
ergo Christi fecit pia & fidelibus ad salutem iuit pro-
tectione, sic impia idolorum ad perditionem exitit iudi-
cialis punio. Postea signaculum Crucis homo fan-
etus ibidem impreflit, fons temque perspicuum & fal-
titerum ex terra produxit. Adficiens etiam ecclesiam
C in loco miraculi per Crucem patrati, qua vocatur vi-
gode Crux Patricij.

110 Aliâ vie magus alter, sed à moleftia non alter-
teratus, de assensu profani vulgi ad facinus aggregati
voto se constringens ad sacrilegium perpetrandum,
confurrexit in interitum S. Patricij. Sanctus autem ante
acculum percutiens execrabilem magum, crestâ finistrâ manu, maleficio maledixit in nomine Domini;
& ille confitit igni calitus nullo, in oculis omnium
combustus, instar priorum novem interiit. Vulgus
vero quod ad plectrum mortis sancti Præfus con-
venerat, timens exatio pari se periturum, beneficio
fuge vel diuine potius permitti pietatis, evasit. Cum
S. Patricius die quadam accelerasset iter ad ministrum
consueta prædicationis cum summa instantia,
rota curvis, cui infidebat, in duas partes inue-
niebatur confracta. Ad filium igitur vicinam curritur,
lignum aptum viu, congruum æstimatione succiditor,
dolatur, rotæ reparante adaptatur: attamen caſo la-
bore diu defudatur, quia rota, sicut prius, dissoluta
videbatur & confracta. Iterum autem arque iterum
rheba refleurato artentatur, sed fractura continuo,
ac si cœlius cōtingisset, renouatur. Vir ergo Dei huio-
modi casum non sine causâ contingit intellexit, ac di-
ligentius de filiu, quæ vel cuius elicit inquirens, illam
conferatam esse dij, in dæmonijs à referentibus

APOSTOLI HIBERNIÆ

agnovit. Sanctus secretorum diuinorum conscius, D
concorde cœlesti sententie, leuatâ leuâ maledixit
filum prætate. O miraculum! Lucas ille totus inflat
Evangelica faculatu confessum aurit: nec vterius vl-
lum arbustum aptum alterius utilitas vñi vel operi,
quam igni prorulit.

111 Regulus quidam & populus eius in loco, qui
Na-Defe dicitur, degenera infra finis Momoniae, conti-
nuerunt diem atque horam, quâ conuenire deberente,
& super ecclesijs fundandis tractare ante S. Patricij
præsentiam. Veni S. Patricius iuxta conditum ad lo-
cum & diem præfixum, totaque die vñque ad vesperam
expectauit, nec aliquis, vel faltem responſis, compa-
ruit. Tali modo multis vñibus homines illi deluderunt
virum Dei. Spiritus enim sanctus inhabitator Patricij
non cœlauit hominibus illis per os eius stipendum
contumaciam tantam: sed quadam vice vesperâ venientibus
ad se dixit aperte: Quoniam non solù mihi, sed
Spiritui sancto toties illufatis, conuenientia negotia
nec vos nec semen vestrum post vos in generationes
secularium, ante vesperum in loco isto perficietis. Et
sic prouerbialiter voce vulgi dicitur, hoc dictum à
S. Patricio in hominibus illius loci vñque in præfens
adimplevit. Nam si fummo mane ad aliquid præcipue
E agenda conueniant, ante vesperam illa numquam con-
sumuntur.

112 Erat quidam peruersus de Momonia Mag-
nariis, Cearbhalla nomine, qui semper impedimenta
fuit S. Patricio, ne posset ecclesiam extruere in ter-
ra ditionis sua: erat enim quoddam flagrum pulerum
vñi aspergente delectabile non longe à manifone
sua positum: sed mons magnus & altus interpositus
sui obiectu omne abstulit a oculis eius de illo proue-
niente oblestantem. Inicit Sanctus ecclesiam fun-
dandum & edificandam exhortans & obsecrans: resti-
tutus homo negans diutius. Quadam tandem vide homo
ille nequam, vertute responſo circumscriberere volens
petentem Patricium, dixit ad illum: Si transtuleris in
nomine Domini Dei tu montem istum de loco isto,
vt faciet oculus meus super vñi flagri libera contemplatione,
litterat tibi ecclesiam in loco, quo
gratius duxeris, adficcare. Hoc idcirco petiit, quia il-
lus omnino impossibile fore credit. Sanctus vero fu-
sâ oratione, leuatâ oculos fidei & dictionis ad mon-
tem præparatum & eleuatum in vertice montium:
mosque mons ille humilius & absorptus à terra, ex-
hilita planitate, prebuit homini liberam facultatem vi-
dendi flagrum. Cum vero S. Patricius inchoaseret edi-
ficare, induratus homo, ne consummaret posset, pro-
hibuit: quoniam ob edificandam ecclesiam exhar-
dari se, aque de terrâ illâ expelli formidans, trepidauit,
vbi timor non fuit. Sanctus ruris oravit ad Domi-
num: & uox exseruit in præfite celitudo statum, dñs in
Prædictum autem illum in breui dominicaz terrâ illius regnatur:
amplissimum, nullumque de stirpe illius. Magnatum aut
Episcopum futurum. Consequenter implebatur yati-
dicum verbum sanctissimi Præfus: quia sic oculus
eius arcebat à visione flagri, obfaculo montis: sic
vita eius finiebat exitu mortis. Peñsimus quidam ty-
rannus, Euchodius nomine, in finibus Vlydia regna-
bat: qui duas sanctas Virgines, quia coniugium præ-
teruerat, ferro vinclis aquis immergit & prætareci præ-
cepit, Patriciumque pro eis precentem contemptit.
Quâ de causa Sanctus sententia maledictionis multa-
uit illum, prædictaque nullum de lemno suo post se
regnaturum, sed regnum potius ad iuuentem germanum
eius, vocabulo Carellum, tranferendum. Con-
iux autem excommunicati prægnans, accepit ad S. Pa-
tricium, obnixè benefice le petens ab eo vñia cum pro-
le, quam gestabat in utero. S. Patricius vtrunque be-
nedixit, ipſamque parituram prolem sanctissimam, cu-
m' eslet exitus ambiguitas, & inuestigabilis tumulus, ore
gandi erat propheticò prædictus. Peperit mulier filium, quem vo-
cari

Tunc diu
sacer ex-
rige ad
moldi-
ne sancti

Dñs in
cœpiti
maturâs
soordia-
fligant.

Mons alius
relatius in
planum.

regnū Pô-
dia in ad-
terris fa-
milie trâ-
fendens,

Er Dñs
gandi erat
propheticò
prædictus.

A cari fecerunt Douengardum. Iste enim fuit sanctitatem clarissimum ac signis de quo multa & magna mirabilia referuntur ab Hibernieis. Porro Euchodius in breui cum regno vita amisi, nullusque de semine ipsius ei successit sed frater eius praefatus, & semen illius iuxta verbum S. Patricij, per malta tempora Vlydie regnum possedit.

C A P V T X I V

Patriciae imprecationis efficacia: Sanctitas quorundam discipulorum.

113 **S**anctus Patricius in loco, qui dicitur Achadh-blathbhuiri ecclesiam fundauit & confixit, collatiisque illi possessionibus doteauit: huic etiam quendam discipulorum suorum, nomine Senachum regendari praeiiciens, in Episcopum conferuerat: quem ob cordis innocentiam, Agnum Dei vocauit. Conferatus autem postulauit a S. Patricio, ut obtinueret precium suarum impetrare fatigaret a Domino, quatenus se sub gradu suscepit illudum custodire a totius peccati B criminalis commissio: adiecit nihilominus suppliciter exorando, ut Ecclesia cui ministraret, non vocaretur a nomine suo, sicut moris erat multis in locis populo Hibernico. Hoc enim fecit ille ob magne humilitatis custodiā, & vanam gloriam, quæ solet esse tinea virtutum, evitandam. Sanctus igitur Patricius sentiens de Domino in bonitate, Senacio, in simplicitate cordis illum & que illius sunt querenti, a Domino complenda postulauit promilis: ipsum, & proslapiam eius benedicens, plures Sanctos & optimos Sacerdotes ex illâ processuore prophetae prædictis. Senachus autem in magnâ sanctitate Sancto Sanctorum seruauit, signisque & virtutibus clarus, in celeste sanctuarium feliciter introiit.

114. Cùm transiret S. Patricius, iter agens cum suis per silvam quâdam in Mudorniâ, reperit quodam seruos carentes ligna (erant enim sub iugo crudelissimi mi domini, vocabulo Tremei, dirâ durâq[ue]leritate depreffis) & fecuribus obtusis quercus durissimas facabant, nec cotes, vel aliud acutorum habebant. Vnde factum est ut viribus deficientibus brachia obrigererent, manusque, eute detraçta dilaniatis carnibus, vlique ad neruos nudatae apparerent, ipseque quandoque magis C mortem quam vitam eligerent. Quos vir Dei, mox vt vidit, misericordia motus super illos, tangendo, manus illorum & brachia & ferramenta bene dixit. Ad tauctum igitur & verbum benedicentes vires illis omnibus reparantur, brachii & manibus plena rianitas restituuntur: ferramenta præcauta fentebantur, durissima robora, quasi tenerima virgulta, sine vilo grauamine seocabantur. Hoc signum continuatum perseverabat in illis quoadmodum S. Patricius miraculose libertatem acquereret eis.

115. Plus Pater Patricius prædictorum seruorum dominum, inò tortorem, super illorum manum illis crebro conuent, illumique procaecem & inexorabiliter inuenit. Sanctus Patricius ad solita configiens armam, triduo ieiuniu cum orationibus peracto, ad hominem pro libertate, inò liberacione seruus conferenda, fatis humiliter deprecaturus accessit, nouisque Pharaonem in illo reperit. Sanctus igitur Patricius spuitaculum super lapidem coram illis forte iacentem proiecit: qui mox ad insinuandam, inò confutandam & confundendam cordis illius duritiam, in tres partes diuisus in oculis praesertim erupuit: sed induratus homo, vnde debuit emolliri, durior effectus, currut ascendit spredoque precante Patricio recedens, præfa-

dra mero seruos operibus grauioribus affligi præcepit. Dominius autem sui noui Moyris, videlicet Patricij, contemptum non finens transire inultu, modo quo quo-

dam in Pharaonem & eius exercitum, eodem & nunc D vindicatur in serui sui contemptore temerarium. E- AVCTORE DQGELING
qui namque ingulus curru suppediti, facto impetu pre- capites in stagnum quoddam proximum sece dederunt, currumque & ascenoren eius quis subseruit præfocauerunt. Submerito autem atque submerito viro Bellial, S. Patricius abique villâ coneraditione afflictos, de domo seruatos eductos, liberauit, liberatoque lib- bertati diu desiderata donauit:

116. B. Patricius in loco sati ameno & apto, qui

Lugh dicitur, ecclesiam ædificare proposuit. Sed Angelus sibi apparet, ut a cœptis defiseret, imperatur ei dicens: Adueniet in instanti quidam famulus Domini nomine Motheus de Britanniâ, qui patriam parentesque deserens pro Domino Hiberniam petat peregrinari gratia. Ille locum istum ædificabit & inhabi- tabit, dieque sius iñthic in bono consummabit. Obtemperans Angelo Sanctus Dei, ad Orientalem plaga loci diuertit: ibique locum Dominus tabernaculum Deo Iacob, ipsius S. Patricij nomine adhuc insi- gnitum, erexit. Motheus autem magnæ virtutis vir, veniens ad locum, oratorium & ceteras officinas sibi competentes confixit, vitamque virtutibus plenam ibidem degens duxit. Sanctus vero Patricius crebro E confinuit illum iniurere, arque de his quæ ad Deum spectant, cum illo conferrere. Quadam enim vice con- fidentibus illis & de Deo sermocinantibus, epistolam legendam porrexit apparetis vtrisque Angelus: quæ acceptam legens Patricius, inuenit in eâ quoddam cō- tinuerit communitorum inò præceptoriū, sibi spe- cialiter directam, intingens quod locum quem adifi- cauerat, Motheo cum omnibus pertinetius eius ple- nariè conferret, & quod ipse in Ardmacella sua Se- dem Cathedralem confinuere deberet. Feicit ergo grata- ter Patricius, quod Angelus, inò Dominus per Angelum, mandauerat, conferens S. Motheo cuncta, & 12 fias- bus pro Christo ministrabat, præfato viro Dei com- mendans recessit: & Motheus cuncta suscipiens, cu- ram & custodiā omnium illorum egit,

117. Euolutes aliquantis diebus, cum liber Genesii legeretur coram S. Motheo, audiens quod sancti Patres ante diluvium non gentium annorum spatio vel eo amplius, & post catastrophum plures trecentis annis vixerint, non facile fidem sacra Historia dabat, quia luteum tabernaculum humani corporis, carne tam fragili pellece vestitum, offibus neruique compac- tum, tanto tempore nullatenus posse durare affe- rebat. Quod cum innotuerit S. Patricio, accedit ad vi- rum, ut veris rationum affectionibus ab animo illius omnem tolleret huiusmodi serupulum. Dicebat enim S. Patricius totam Canonicas Scripturam dictatam & scriptitam esse digito Dei; & idcirco in nullo de- rogandum aut discredendum ei. Afferat etiam non difficiilius esse Factori omnium vitam hominis mille an- norum spatio protulare, quâm die viñas, nî voluerit; quoniam teste Psalmista, Mille anni ante oculos eius p. 51. 89 tamquam dies heftera, quæ præteriit. Adhuc autem super his quæ dicta sunt à S. Patricio, viro vacillante, fertur sanctus Pontifex sententiando, vel potius pro- phetando, pronunciare: Quoniam, inquit, incredu- lis fuiti facta Scriptura, quæ in illa concinuerunt, ex- perimento proprio dices vera esse: trecentis enim an- nis & prolongantur spatiis annui tui, nec ante temporis tantum spatium consummatum intrabis in gaudium Domini Dei tui. Seruus vero Domini super dubietatis errore postea penituit, sed sententia ore Patricij, dictante Spiritu sancto prolati, irrevocabilis extitit: trecentis enim annis S. Motheus vixit, sicque naturæ debitum soluens, virtutibus & signis effulgens ad Christum è mundo transiit.

118. Veniens S. Patricius in fines Dalmardie, co- pat ecclasiam ædificare in loco, qui Elom dicitur, vbi

A tunc temporis duodecim fratres filii Cylladij dominabantur. Horum unus, Saranus vocabulo, principatum tenuit in terra illâ qui sancti Pontificis sanctum opus inchoantis manum apprehendens, non coepit perficeret, de loco violenter illum elecit. Sanctus vero Patricius, licet iniuriam sibi illatam patientes tulerit, molestè tamen impedimentum sancti operis accipiens, quod Deo vindice venturum illi nouerat, prophetando dixit: Aduie modicum & expellere à terra illâ, dabiturque meliori te principandi in eâ potestas. Frater autem Sarani iunior dictus Colladius, locus qui dicitur Domhnachcombuir Sancto consultit, & ad ecclesie constructionem, donec opus consummatur, adiutorium sufficienter impendit. Sanctus igitur Pontifex illum benedixit, predicens ipsi quod Dominus facere dispositus: In proximo, inquit, principaberis in hac terra, & Reges bē te exhibuit, & per multas generationes similiter regnabunt. In illo etiam loco S. Patricius, precibus produxit optimum fontem de corde terra, qui nominatur Hibernicē Slan, id est fanans, vñque hodie rō quod conforta remedia laniatis potantibus ex eo, licet multipli labortibus infirmitate. Saranus post haec ob peruersitatem suam de terra illâ expulsus est, & iuxta verbum viri Dei, regnum ipsius fratri suo Colladio collatum est.

119. Duodecim fratres pare defunctorum recentes, qui dominabantur in Dalredia, ob hereditatem inter le diuidendam in viuu conuererunt, suuimum germanum minimum, nomine Fergusium habentes despatiū, à portione, quæ illum contingebat, exfortior & inanem dimisserunt. Adolescens igitur ille precatubatur S. Patricio, ut se stuarum obtentu precum efficeret paternam hereditatem participem, promittens se daturum ecclesie Dei construendæ suæ portioним patrem. Pontifice vero sancto pro eo exorante, atque negotium illius perorante, fratribus suis annumeratus Fergusium, competentem patrem posse sibi portionem perceperit, cuius medietatem meliori sanctissimo Praefuli ad edificandam ecclesiam obulit: quam Sanctus, ne suam interventionem vendidisse videbatur, suscepere renuit, sed Oleario pronominato illam conferri nullus. Sanctus autem Olcanus infra territorium sibi collatum, in loco, qui dicitur Der-Chon, ecclesiam edificauit, ibique factus Episcopus, in sanctitate & iustitia peruerterauit. Sanctus vero Patricius predictum benedixit Fergusium, & voce prophetica dixit ad illum: Licit hodie videaris humili & delpectus in conspectu fratum tuorum, eris in breui Princeps illorum omnium: de te enim optimi Reges egredientur, qui non solum in terra propriâ, sed etiam in regione longinquâ & peregrina principabuntur. Elapso igitur non magno temporis spatio, Fergusius, iuxta viri Dei vaticinium, principatum in totâ illâ terrâ obtinuit, lemnus illius per multas generationes in eâ regnauit. Ex eius stirpe procelsit strenuissimus Ædanus, filius Gabrani, qui Scotiam, quæ dicitur Albania, subegit & alias insulas; cuius in eis regnat adhuc successiva posteritas.

120. S. Patricius Principem Corallum conuenit, carillimum suum, scititatus ab eo si vellet induere habitum monachi. Respondit Regulus: se cor suum habere paratum ad facendum, quod sibi Sanctus vellet iniungere. Gaufridus Praefulus de cordis illius deuotione ad ipsum fertur dixisse: Portabis featum & baculum ob principalis potestatis ac protectionis signum, & meritum monachalis indicium. Nomen & habitum presentabis laici, sed animum & meritum possidebis monachi: multi namque Sancti ex procreabuntur, & multæ nationes terræ in feminæ tuo beneficentur. Cum baculo etiam Iclu signum Crucis imprestitum ipsius fecito, afferens quemlibet de stirpe illius illud bauletum in bello, numquā vincendum ab aliquo. Hoc autem promissum imò prophetiam S. Patricij, Conal-

lo & successorio femini eius euenisit astiunt, historiæ Hibernicæ & clamat cantilenæ,

